
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

DE UOCABULIS

QUAE UIDENTUR ESSE APUD HERODOTUM

POETICIS.

DISPUTAUIT


ALBRECHTUS GUILELMUS FÖRSTEMANN,

SOLTQUELLENSIS.

PARTHENOPOLI

EX OFFICINA FABRORUM (A. & R. FABER).

MDCCCXCII.


HARVARD COLLEGE
JAN 28 1913
LIBRARY.

ERNESTO GUILELMO FÖRSTEMANN

GEDANENSI,

PATRUO DILECTISSIMO,

PERFUNCTO

A. D. XIV. KAL. OCT.

ANNO AETATIS SEPTUAGESIMO

GRATULATUR

AUCTOR LIBELLI.

In quo censendum nil nisi
dantis amor.

Uoces epicas ab Herodoto interdum esse usurpatas compluribus exemplis confirmatur: neque nego posse eum uideri in hac re id egisse ut quandam poeticam orationis speciem efficeret. Nam nostrorum scriptorum si quis pro „Mädchen" ponet „Maid" uel pro „Jungfrau" „Magd" aliaque uocabula poetis magis quam pedestris sermonis auctoribus usitata, totam statim orationem quodam poetico colore imbuisse cuilibet uidebitur. Quamquam maximo opere cauendum est ne omnia uerba quae Homero Herodotoque sunt communia, cum apud ceteros scriptores fere non inueniantur, Homerica esse contendamus: immo, nisi ex ipsius loci ratione apparet, quo consilio posita sit uox poetica, uel nisi ipsa forma uerbum conuincitur esse poeticum, ueresimilius est uocabulum tale fuisse in usu Ionum uolgari. Quare Hoferus [1]) cum satis habuerit magnum numerum „uocum", ut ait, „communium" (gemeinsame Wortformen, p. 12 sqq.) congessisse, „um darzuthun, dass Herodot durch den Gebrauch vieler homerischer Wortformen eine besondere Vorliebe für Homer zeige", uereor ne parum opera sua sit assecutus. Contra Steinium laudo, qui in editione commentario instructa cum haud paucas olim uoces esse poeticas affirmauerit, tacendo certe errasse se plus uno loco nunc confitetur. Quaestio omnis sane satis magna est, quam ne ego equidem sperem me plane iam posse absoluere: nam ceterorum Ionum scripta quae supersunt accurate cognosci debebant, imprimis Hippocratis, quoniam si quid apud Herodotum uocabuli uideretur esse poeticum idemque legeretur apud Hippocratem, hoc quidem certe non esse poeticum me docuit Kirchhoffius. Sed neque tempus mihi erat

---

[1]) Cassian Hofer, Über die Verwandtschaft des herodotischen Stiles mit dem homerischen. Progr. Meran 1878.

omnia diligenter perscrutandi, neque libri praesto erant omnes quibus me uti oportebat. Uerumtamen quantum uiribus opibusque meis possum praestare conabor.

Ac primum quidem inquirendum est in

NOMINA

ea quae pleraque collegit Hoferus: ex quibus ea quae etiam Steinius esse Homerica uel epica adhuc censet asterisco ante posito notaui. Nonnulla ex eiusdem commentariis inieci eodemque signo ornaui: atque etiam ordior a uerbo ab Hofero omisso

* *ἄεθλος* = labor, *ἔργον*. I 126 *ἐπιτελεσάντων δὲ τῶν Περσέων τὸν προκείμενον ἄεθλον.* VI 10 *οὐκ οἵους τε γενομένους ἐξικέσθαι πρὸς τὸν προκείμενον ἄεθλον.* 43 *οὐδ ἐπετέλεσε τὸν ἐπέταξέν οἱ ἡ μήτηρ ἄεθλον.* Cf. VII 197. *Θ* 363. *T* 133. *γ* 262 (*πολέας τελέοντες ἀέθλους*). *δ* 170. *λ* 622 cett. Uereor tamen ne nimis fiduciter Steinius affirmarit uocabulum apud Herodotum esse poeticum: Herculis quidem labores uolgo uidentur nominati esse *ἆθλοι*. Cf. Isocr. V 109. (*Ἀεθλέω* = pugno, certo I 67. VII 212).

* *ἀϊδρείη*. VI 69 *ἀϊδρείῃ τῶν τοιούτων κεῖνος τοῦτο ἀπέρριψε τὸ ἔπος κτλ'.* Loquitur mater Demarati. Datiuus *ἀϊδρείῃ* semel legitur in Odyssea (*μ* 41), *ἀϊδρείῃσι* bis (*κ* 231. *λ* 272). Rara sane uox uidetur fuisse: num uero fuerit poetica, in dubio est relinquendum.

αἱμασιή. Pluralis *αἱμασιαὶ* bis legitur in Odyssea (*σ* 359. *ω* 224) in ea locutione quae est *αἱμασιὰς λέγειν* = uepres colligere. Maxime notabilis est alter locus: *αἱμασιὰς λέξοντες ἀλωῆς ἔμμεναι ἕρκος.* Nam apud Herodotum *αἱμασιή* cuiuslibet generis saepem, quin etiam murum humilem siue maceriam uidetur significare (*τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τειχίον, καὶ ὁ ἐξ ἀκανθῶν φραγμός* Lex. Her. B). Cf. *τοῖσι παρά σφισι γιγνομένοισι κροκοδείλοισι* (stelionibus) *τοῖσιν ἐν τῇσιν αἱμασιῇσιν* II 69. *αἱμασιῇ πλίνθων ὀπτέων* I 180. *ἐν τῇ αἱμασιῇ τῇ παρὰ τὸν ποταμὸν πυλίδες ἐπῆσαν* ibid. *ἐπὶ τὰς αἱμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἐληλαμένας* 191. *περιθεῖ δὲ αὐτὸ αἱμασιὴ ἐγγεγλυμμένη τύποισιν* II 138. Uide etiam VI 74 et 134 (ubi *συνωνύμως* scriptum

est *ἕρκος* et *αἱμασιή*). Dubium igitur non est quin haec uox satis usitata fuerit in sermone Herodoti patrio, cum ipsa eius notio post Homeri tempora paullulum sit immutata. Cf. Dem. LV 11. Polyb. XVIII 3, 1. *αἱμασιώδης* Plat. Legg. III p. 681 A.

αἰπόλος. II 46 *σέβονται δὲ πάντας τοὺς αἶγας οἱ Μενδήσιοι, καὶ μᾶλλον τοὺς ἔρσενας τῶν θηλέων, καὶ τούτων οἱ αἰπόλοι τιμὰς μέζονας ἔχουσιν*. Adnotauit Steinius: „*τούτων*, sc. *τῶν αἰγῶν*" — rectius fuerit *τῶν ἐρσένων* —. „Dazu *αἰπόλοι* wie das homerische *αἰπόλοι αἰγῶν*." Cf. *ϱ* 247. *υ* 173 cett. Num uero Herodotus recordatus sit h. l. locutionis Homericae, dubito: uox ipsa potest fuisse Ionica. Certe etiam *αἰπόλιον* et apud Nostrum et apud poetam inuenies. Ut legitur *ϱ* 213 (= *υ* 174) *αἶγας ἄγων, αἳ πᾶσι μετέπρεπον αἰπολίοισιν*. B 474 sq. *ὥς τ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν αἰπόλοι ἄνδρες ῥεῖα διακρίνωσιν κτλ'*. Her. I 126 *ἐν δὲ τούτῳ τά τε αἰπόλια καὶ τὰς ποίμνας καὶ τὰ βουκόλια ὁ Κῦρος πάντα τοῦ πατρὸς συναλίσας ἐς τωὐτὸ ἔθυε*: in quibus quid sibi uelit uox poetica non intellego. Accedit quod apud utrumque auctorem scripta extant etiam *βουκόλος* (*N* 571, *Ψ* 845, *λ* 293, *χ* 435, *I* 110—114), *βουκολίη* (h. Merc. 498, I 114), cum *βουκόλιον*, quod posuit Herodotus in I 126, ab Homero non sit usurpatum. Ceterum ueriloquium uocabuli *αἰπόλος* quam sit obscurum, nemo nescit (cf. Plat. Cratyl. p. 408 C.): primariam eius notionem fuisse eam quae est = ouium pastor demonstrare studuit Gust. Meyerus in Curt. Stud. VIII 120 (cf. Gramm. Graec. §. 106).

ἄκος (= remedium, medicina). IV 187 *ἢν δὲ καίουσι τὰ παιδία σπασμὸς ἐπιγένηται, ἐξεύρηταί σφιν ἄκος*. I 94 *σιτοδείην ἰσχυρὴν ἀνὰ τὴν Λυδίην πᾶσαν γενέσθαι, καὶ τοὺς Λυδοὺς τέως μὲν διάγειν λιπαρεῦντας, μετὰ δὲ ὡς οὐ παύεσθαι, ἄκεα δίζησθαι*. Cf. *Δ* 487. *I* 250. *χ* 481 cett. Sed uox tam non uidetur esse poetica quam *ἀκεῖσθαι*. Cf. IV 90; I 167. III 17, 40. V 91. — *ἄκος ποιεῖσθαι* Plat. Legg. X p. 910 A. *ἄκος τοῦ μὴ γίγνεσθαι ἢ τοῦ γίγνεσθαι ἧττον* Arist. Pol. V 5.

ἀλεωρή. IX 9 *ὅτι εἰ μὴ ἀμυνεῦσιν Ἀθηναίοισιν, ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται* = propulsationem periculi. Apud Homerum *ἀλεωρὴ* est aut idem quod est fuga, euitatio periculi (*Ω* 216 *οὔτε φόβου μεμνημένον οὔτ' ἀλεωρῆς*), aut idem quod

1*

DE UOCABULIS

QUAE UIDENTUR ESSE APUD HERODOTUM

POETICIS.

DISPUTAUIT

ALBRECHTUS GUILELMUS FÖRSTEMANN,

SOLTQUELLENSIS.

PARTHENOPOLI

EX OFFICINA FABRORUM (A. & R. FABER).

MDCCCXCII.

κατὰ ῥωπήια πυκνά, ἀν δόνακας καὶ ἕλος, ὑπὸ τεύχεσι πεπτηῶτες κείμεθα. I 185 *ἐποίει δὲ ἀμφότερα ταῦτα, τόν τε ποταμὸν σκολιὸν καὶ τὸ ὄρυγμα πᾶν ἕλος.* 186 *καὶ οὕτω τὸ ὀρυχθὲν ἕλος γιγνόμενον ἐς δέον ἐδόκει γεγονέναι.* 191 *ποταμὸν διώρυχι ἐσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην ἐοῦσαν ἕλος.* II 4 *ἐπὶ τούτου πλὴν τοῦ Θηβαϊκοῦ νομοῦ, πᾶσαν Αἴγυπτον εἶναι ἕλος, καὶ αὐτῆς εἶναι οὐδὲν ὑπερέχον.* Compar est usus Atticorum (Thuc. Xen. Plat.). *Τὰ ἕλεα* sane uocatur regio palustris Aegypti in II 92, 95, 137, 151 bis, 152, sed ita nos quoque dicere possumus „die Sümpfe". (Cf. paludes Pontinas apud Latinos).

ἔργα = agri. I 36 *ὁρμώμενος δὲ οὗτος ἐκ τοῦ ὄρεος τούτου τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διαφθείρεσκεν.* Steinii est adnotatio: „*ἔργα*, Feld- und Gartenbauten aller Art wie bei Homer." Cf. *B* 751. *M* 283. *β* 22, 127, 252. (*δ* 318.) (*κ* 98.) *ξ* 344 cett. Apud Herodotum nullum praeterea extat exemplum: fateor autem totam illam narrationem de morte Atyos scriptam esse stilo satis poetico. Cauendum tamen, ne Nostro tribuamus, quod ille fortasse debet auctori suo (poetae nescio cui an Xantho Lydo?). Conferas uero Xen. Cyr. III 3. Dem. II 16.

εὐλή. III 16 *ταριχεύουσιν, ἵνα μὴ κείμενος ὑπὸ εὐλέων καταβρωθῇ.* IV 205 *ζῶσα γὰρ εὐλέων ἐξέζεσεν.* Ter uocabulum extat in Iliade: *T* 26. *X* 509. *Ω* 414. Sed id esse poeticum, quae est conditio locorum Herodoteorum, persuadere mihi non possem, etiam si non legeretur apud Hippocratem (p. 622, 26. 35).

(*ζωάγρια* quod legitur in III 36 omisisse Hoferum miror, sed laudo).

ἠλακάτη. IV 162 *ἐξέπεμψε δῶρον ὁ Εὐέλθων ἄτρακτον χρύσεον καὶ ἠλακάτην, προσῆν δέ οἱ καὶ εἴριον.* Cf. *Z* 491. *α* 357. *δ* 131, 135. *φ* 351. Sed ut *ἄτρακτος* (fusus) nusquam legitur apud Homerum, ita *ἠλακάτη* (colus) uocem fuisse non solum poeticam constat. Cf. *ἠλακατῆνες, ἠλακατώδης.*

θαλίαι = lautitia. III 27 *οἱ Αἰγύπτιοι εἵματα ἐφόρεον τὰ κάλλιστα καὶ ἦσαν ἐν θαλίῃσιν.* Cf. *λ* 602 sq. *αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν τέρπεται ἐν θαλίῃς καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.* (Hes. Op. 115). Sed Homerus singularem ponit

ERNESTO GUILELMO FÖRSTEMANN

GEDANENSI,

PATRUO DILECTISSIMO,

PERFUNCTO

A. D. XIV. KAL. OCT.

ANNO AETATIS SEPTUAGESIMO

GRATULATUR

AUCTOR LIBELLI.

τὸ μὲν ὑγρὸν καὶ θερμὸν ὅσον εἰλικρινὲς ἀπῄει κτλ'. Apud Aristot. quoque et Theophr. (II p. 517) inuenitur. Adiectiuum *ἰκμαλέος* legitur apud Hippocratem p. 593, 25.

ἰλύς. II 93 *οἱ ἰχθύες ἐντέκοντες ᾠὰ ἐς τὴν ἰλὺν ἅμα τῷ ἐσχάτῳ ὕδατι ἀπαλλάσσονται.* *Φ* 317 sq. *οὔτε τὰ τεύχεα καλά, τά που μάλα νείοθι λίμνης κείσεθ' ὑπ' ἰλῦος κεκαλυμμένα.* Uellem id quoque uocabulum omisisset Hoferus, quoniam nemo credet ex Homero id sumpsisse Herodotum. Idem posuit Hippocrates p. 615, 55. Aristoteles Gen. An. VI 2. Partt. An. III 3 cett.

κακότης = calamitas. VI 67 *τὴν μέντοι ἐπειρώτησιν ταύτην ἄρξειν Λακεδαιμονίοισιν ἢ μυρίης κακότητος ἢ μυρίης εὐδαιμονίης.* VIII 109 *ἀκήκοα τοιάδε γενέσθαι, ἄνδρας ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας νενικημένους ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν προτέρην κακότητα.* Addendum uidetur ex II 128 *τοῖσιν Αἰγυπτίοισίν τε πᾶσαν εἶναι κακότητα καὶ τὰ ἱρὰ χρόνου τοσούτου κατακληισθέντα οὐκ ἀνοιχθῆναι*, quamquam Hoferus siue Buedingerus h. l. aliam notionem inesse uocabulo statuit. Cf. *Κ* 71. *Λ* 382. *Μ* 332. *γ* 175. *ι* 489. *ρ* 364. *φ* 238. Hes. Opp. 93 (?). Pind. Pyth. II 35. Soph. O. C. 525 (521). El. 228 (236). Si cui uidetur uerbum esse poeticum, quia exempla apud ceteros auctores nondum sunt inuenta, contra eum quod dicam non habeo.

καλύπτρη. IV 64 *πολλοὶ δὲ ἀνδρῶν ἐχθρῶν τὰς δεξιὰς χεῖρας νεκρῶν ἐόντων ἀποδείραντες αὐτοῖσιν ὄνυξι καλύπτρας τῶν φαρετρέων ποιεῦνται.* Hoc igitur loco uox significat operculum (Deckel): apud Homerum ostendit ricam (Schleier), cf. *Χ* 406. *ε* 232. *κ* 545. Quare aptius cum exemplis Homericis comparabuntur ea quae sunt in Platonis Alcibiade I p. 123 B: *ἔφη παρελθεῖν χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθήν, ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδόν, ἣν καλεῖν τοὺς ἐπιχωρίους ζώνην τῆς βασιλέως γυναικός. εἶναι δὲ ἄλλην, ἣν αὖ καλεῖσθαι καλύπτραν*: quamquam nihil uideo esse cur putemus Platonem poetico usum esse uocabulo. Ceterum cf. Aesch. Pers. 535. Cho. 794. Suppl. 121.

κόλπος = sinus uestis. VI 125 *κόλπον βαθὺν καταλιπόμενος τοῦ κιθῶνος*, paullo infra *τὸν κόλπον πάντα πλησάμενος τοῦ χρυσοῦ.* Cf. *Ξ* 219. *Χ* 80. *ο* 469. *κόλποι* *Ι* 570. Sed

uideas etiam Aesch. Sept. 1023. Luc. Hermot. 37, 81. Nauig. 15. Herodian. III 5, 11. Theocr. XVI 16. Straton. 71 (Anthol. XII 229): in prouerbii usu est τρὶς πτύειν ἐς κόλπον. Saepius apud geographos. Uox igitur fuit Graecorum uolgaris, licet iam Aristarchus eam interpretatus sit per κόλπωμα. Cf. Schol. Ξ 219. X 50.

κόρυμβος. VII 218 οἴχοντο φεύγοντες ἐπὶ τοῦ ὄρεος τὸν κόρυμβον. Semel κόρυμβα legitur apud Homerum in uersu conclamatissimo I 241 στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκοψέμεν ἄκρα κόρυμβα (τὰ τῶν νεῶν ἀκροστόλια Schol.): de quo loco quidquid statuetur, apparet minime eum spectasse Herodotum cum uerba laudata scriberet. Contra exemplum Homericum uidentur secuti esse — nec tamen sine aliqua libertate — Apoll. Rh. II 601, Lycophr. 295, Theaetetus Schol. 2 (Anthol. X 16). De Aeschyli loco qui est in Persis 407 sqq. dubito: ἦρξε δ' ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ ναῦς κἀποθραύει πάντα Φοινίσσης νεὼς κόρυμβ', ἐπ' ἄλλην δ' ἄλλος ηὔθυνεν δόρυ. Nam is certe poeta κόρυμβος quoque uocabulum simili quo Herodotus modo posuit in eiusdem fabulae u. 656: ἐλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμβον ὄχθου. Quodsi Noster poetico uerbo usus est: non Homerum, sed nescio quem alium poetam uidebitur esse imitatus.

κορύνη. I 59 οἱ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δέ· ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες εἵποντό οἱ ὄπισθεν. In Iliade κορύνη σιδηρείη uocatur claua ferrea H 141, 143, et Areïthous, quia claua usus erat, fertur dictus esse κορυνήτης H 138. cf. 9. Saepius haec uerba apud Homerum non extant, sed cf. Eur. Suppl. 715. Theocr. VII 18. Aristot. Polit. V, 10. Diod. IV 59. Κορυνηφόροι Pisistrati nominantur etiam a Plutarcho in Solon. cap. XXX (bis), praeterea uox usurpata est a Solone apud Diog. Laert. I 66. Fortasse Herodotus ab Atheniensibus eam traditam accepit. Ut Aristoteles in rep. Athen. XIV, 1 de eadem re ponit λαβὼν δὲ τοὺς κορυνηφόρους καλουμένους: sed ne illud quidem dubium est, quin in hoc libello conscribendo saepius secutus sit ipsa uerba Herodoti.

κρόταφοι. III 8 κείρονται δὲ περιτρόχαλα, ὑποξυρῶντες τοὺς κροτάφους. IV 187 καίουσι τὰς ἐν τῇσι κορυφῇσι φλέβας,

μετεξέτεροι δὲ αὐτῶν τὰς ἐν τοῖσι κροτάφοισι. Cf. *N* 188. *σ* 378 cett., singularem inuenies in *Δ* 502, *Y* 397. Uerbum fuisse uolgare uel ex Herodoteis exemplis apparet: nam plane ieiuna est oratio. Potest autem conferri Aristot. Hist. An. I 11 (Ar. Ran. 854. Aesch. Prom. 719). *Κροταφίτης* apud Hippocratem est musculus temporalis (Galen. XVIII, 1. p. 433 C).

μαχλοσύνη = impudicitia. IV 154 *μαχλοσύνην ἐπενείκασά οἱ* (sc. *τῇ Φρονίμῃ*) *πείθει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν οὕτω.* Semel apud Homerum legitur in *Ω* 30: *τὴν δ' ᾔνησ', ἥ οἱ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν,* i. e. eam deam laudauit Paris quae ei tribuit Helenam, impudicam calamitatum auctorem. Notum est e scholiis Aristarchum hunc uersum deleuisse *διὰ τὴν μαχλοσύνην.* Putabat enim hanc uocem ad Paridem referri, hoc autem absurdum esse. Nam *ἡ μαχλοσύνη,* ut ait scholiasta (*Ω* 25), *κοινῶς ἐστι γυναικὸς μανία· δέδωκε δ' αὐτῷ οὐ ταύτην, ἀλλὰ τὴν καλλίστην τῶν τότε Ἑλένην, Ἡσιόδειος δ' ἐστὶν ἡ λέξις· ἐκεῖνος γὰρ πρῶτος ἐχρήσατο ἐπὶ τῶν Προίτου θυγατέρων.* Cf. Hes. frg. 5. Certe si quem poetam putandus esset Herodotus secutus esse, ad Hesiodum potius quam ad Homerum respexisse uideretur. Potest tamen uox fuisse in Iade usitatior: nam apud ceteros Graecos nondum reperta est, nisi quod poetae recentissimi ea usi sunt, ueluti Agathias 3 (Anthol. V 302) et (Manetho) VI 130. 190 Axt.

μείς. II 82. Cf. *T.* 117. hymn. Merc. 11. Anacr. fr. 7 Bgk. Hes. Opp. 559 (557). Forma est nominatiui singularis Ionica (legitur etiam apud Hippocratem): nam casus obliqui sunt *μηνός μηνί* cett., pluralis *μῆνες μηνῶν* cett. VI 106. IX 101. I 32. IV 43. VIII 51. *B* 292. *κ* 14. *ξ* 162 = *τ* 307 cett. *κ* 470. *τ* 152. *ω* 143. Fortasse nominatiuus *μείς* ab Atticis quoque saepius usurpatus est quam in literis nunc extat. Cf. Plat. Tim. p. 39 C et maxime Cratyl. p. 409 C: *ἀλλὰ τὸν μῆνα καὶ τὰ ἄστρα πῶς λέγεις; ΣΩ. ὁ μὲν μεὶς ἀπὸ τοῦ μειοῦσθαι εἴη ἂν ὀρθῶς κεκλημένος, τὰ δ' ἄστρα ἔοικε τῆς ἀστραπῆς ἐπωνυμίαν ἔχειν.* Uideas etiam Pind. Nem. V 44, qui tamen locus est suspectior.

μῆχος = remedium. II 181 *τοῦτο γάρ οἱ κακοῦ εἶναι μῆχος*. IV 151 *ἔπειτε δὲ κακοῦ οὐδὲν ἦν σφι μῆχος*. Conferas locos Homericos cum *Β* 342. *μ* 392. *ξ* 239 tum *Ι* 249 sq. *οὐδέ τι μῆχος ῥεχθέντος κακοῦ ἔστ' ἄκος εὑρέμεν*. Adde Eur. Androm. 537. Theocr. II 95. Lycophr. 1459. Concedendum illud quoque uocem poeticam, si modo est poetica, locis Herodoteis haud prorsus inepte esse positam.

μνῆστις. VII 158 *νῦν δὲ ἐπειδὴ περιελήλυθεν ὁ πόλεμος καὶ ἀπῖκται ἐς ὑμέας, οὕτω δὴ Γέλωνος μνῆστις γέγονε*. Uerba sunt ipsius Gelonis. Legitur uerbum uno loco Odysseae, *ν* 280: *οὐδέ τις ἡμῖν δόρπου μνῆστις ἔην, μάλα περ χατέουσιν ἑλέσθαι*. Cf. Soph. Ai. 520. 523. 1269. Sim. fr. 5 (9), 4 Bgk. Theocr. XXVIII 23. (Apoll. Rh. Nicandri Theriaca extr. Anthol.) Sit *μνῆστις* uocabulum poeticum, in oratione hoc non ita mirum erit: dubito autem an id non ex Homero, sed aliunde sumpserit Herodotus.

μόρος = fatum, mors. I 117 *τέῳ δὴ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο τόν τοι παρέδωκα ἐκ θυγατρὸς γεγονότα τῆς ἐμῆς;* Uerba Astyagis. *οὕτω ἔσχεν, ὦ βασιλεῦ, περὶ τοῦ πρήγματος, καὶ τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο ὁ παῖς*. Ex responso Harpagi. III 65 *ἀνοσίῳ μόρῳ τετελεύτηκεν ὑπὸ τῶν ἑωυτοῦ οἰκηιοτάτων*. Uerba sunt Cambysis. V 21 *οὗτοι μὲν τούτῳ τῷ μόρῳ διεφθάρησαν καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ θεραπηίη αὐτῶν* (cf. 48 *τρόπῳ τοιούτῳ ἐτελεύτησεν*). VII 197 *Ἀθάμας ὁ Αἰόλου ἐμηχανήσατο Φρίξῳ μόρον σὺν Ἰνοῖ βουλεύσας*. IX 17 *κρέσσον γὰρ ποιεῦντάς τι καὶ ἀμυνομένους τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα ἤ περ παρέχοντας διαφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ*. Uerba sunt Harmocydis, Phocaeensium ducis. Cf. *Σ* 455. *φ* 133. *Χ* 280. (Alienum est *Ζ* 357.) *ι* 61. *λ* 409. *π* 421. *υ* 241 cett. Steinius in annotatione ad IX 17 *αἰσχίστῳ μόρῳ* contulit cum Aeschyl. Pers. 442 *τεθνᾶσιν αἰσχρῶς δυσκλεεστάτῳ μόρῳ*, et hoc adiecit: „An poetischen Stil erinnert auch 23 *φόνον ἔρραψαν*. Od. *π* 376 *οὕνεκά οἱ φόνον αἰπὺν ἐράπτομεν*, Aeschyl. Eum. 26 *Πενθεῖ καταρράψας μόρον*.“ Apud tragicos poetas uox etiam saepius inuenitur, ut in Aeschyl. Sept. 181. Prom. 679. Soph. Ant. 56, 1313, 1329. Eur. Iph. Aul. 1288 (1287): apud prosae orationis scriptores uetustiores non legitur. Quare siquidem Hero-

dotus uerbum posuit fere in orationibus, modo ne duo obstarent loca, V 21 et VII 197, poetico hoc uocabulo eum esse usum concedere non dubitarem.

νάκος = uellus. II 42 *κριὸν ἐκδείραντα προσσχέσθαι τε τὴν κεφαλὴν ἀποταμόντα τοῦ κριοῦ καὶ ἐνδύντα τὸ νάκος οὕτω οἱ ἑωυτὸν ἐπιδέξαι.* Homerus semel usus est forma *νάκη* in *ξ* 530. *Νάκος* sane inuenitur non nisi apud poetas, ut ap. Simon. in Et. M. p. 597, 6, Pind. Pyth. IV 121, Theocr. V 2, Anthol. VI 78, aut in scriptis auctorum recentiorum, ueluti Josephi (b. I. VII 14), Pollucis (On. VII 68), Luciani (Amor. 34. Dea Syria 55). Uolgarem tamen fuisse uerbum uel ex eo perspicitur, quod Hippocrates usurpauit *νακοδέψης* = coriarius. Cf. Athen. VIII p. 352 B.

νάπη. IV. 157 *ἔκτισαν αὐτῆς τῆς Λιβύης χῶρον ἀντὶ τῆς νήσου τῷ οὔνομα ἦν Ἄζιρις· τὸν νάπαι κάλλισται ἐπ' ἀμφότερα συγκληίουσι καὶ ποταμὸς τὰ ἐπὶ θάτερα παραρρεῖ. Νάπαι κάλλισται* uidentur esse colles uel saltus amoenissimi. Contra apud Homerun in uersu *Θ* 558 = *Π* 300 *νάπη* dicitur esse conuallis, quamquam de hac re licebit fortasse dubitare. Sed apud ceteros uallem siluestrem (saltum?) fere significat. Accuratius tamen de hoc uerbo quaerere nunc ego supersedeo, quia neque Ionum neque Atticorum a sermone pedestri alienum est, sed legitur et apud Hippocratem et apud Xenophontem. Cf. An. IV 5, 15. 18. V 2, 31.

νέηλυς. I 118 *τὸν σεωυτοῦ παῖδα ἀπόπεμψον παρὰ τὸν παῖδα τὸν νεήλυδα.* Uerba sunt Astyagis. Cf. *K* 434, 558. Uerbum usurpauit etiam Plato de Legg. IX, p. 879 D: *ὡς δ' αὕτως καὶ ξένου ἀπείργοιτο, εἴτε πάλαι ἐνοικοῦντος, εἴτε νεήλυδος ἀφιγμένου:* neque id deest recentioribus, sed legitur ap. Luc. V. H. I 33. Concedendum tamen uocem non fuisse usitatissimam.

* *νεῖκος* = certamen, bellum (Fehde) III 62 *οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθέα, ὅκως κοτὲ σοὶ Σμέρδις ἀδελφεὸς ὁ σὸς ἐπανέστηκεν· οὐδέ ὅκως ἐξ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς νεῖκός τοι ἔσται ἢ μέγα ἢ σμικρόν.* Uerba sunt Prexaspis. VI 42 *οὐδὲν ἐπὶ πλέον ἐγένετο τούτων ἐς νεῖκος φέρον* („Feindseliges" Stein.)

Ἴωσιν. VII 158 *ὅτε μοι πρὸς Καρχηδονίους νεῖκος συνῆπτο.* Uerba sunt Gelonis. VII 225 *ὡς δὲ τούτους ἥκειν ἐπύθοντο οἱ Ἕλληνες, ἐνθεῦτεν ἤδη ἑτεροιοῦτο τὸ νεῖκος.* Cf. *B* 376. *Δ* 444. *Λ* 671. *M* 348, 361. *N* 271. *P* 384. *Y* 140. *Φ* 513. *σ* 264. *υ* 267 cett. Rixam (Zank, Streit) nomen uidetur significare in VIII 87 *εἰ μὲν καί τι νεῖκος πρὸς αὐτὸν ἐγεγόνει ἔτι περὶ Ἑλλήςποντον ἐόντων, οὐ μέντω ἔχω γε εἰπεῖν,* nec aliter legitur in *Ξ* 205 *τοὺς εἶμ' ὀψομένη, καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω.* Denique de lite ipsa ponitur in VI 66 *τέλος δὲ ἐόντων περὶ αὐτῶν νεικέων, ἔδοξε Σπαρτιήτῃσιν ἐπείρεσθαι τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖσιν εἰ Ἀρίστωνος εἴη παῖς ὁ Δημάρητος,* 68 (loquitur Demaratus) *Λευτυχίδης γὰρ ἔφη ἐν τοῖσι νείκεσι λέγων κυνέουσάν σε ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς οὕτω ἐλθεῖν παρὰ Ἀρίστωνα:* ac ne id quidem recedit ab usu Homerico, cf. *Σ* 497. *μ* 440. Ceterum *νεῖκος* ea notione quae est certamen, bellum ponitur etiam ab Hesiodo, Pindaro tragicisque poetis. Plato quoque usus est uerbo in Sophista p. 243 A *ἐν μέρει δὲ τοτὲ μὲν ἓν εἶναι φασὶ τὸ πᾶν καὶ φίλον ὑπ' Ἀφροδίτης, τοτὲ δὲ πολλὰ καὶ πολέμιον αὐτὸ αὑτῷ διὰ νεῖκός τι,* quo tamen loco est = rixa: quin etiam Xenophon scripsit in Cyn. I 17 *εἰ δὲ πρὸς τοὺς βαρβάρους πάντας πάσῃ τῇ Ἑλλάδι νεῖκος ἢ πόλεμος, διὰ τούτους οἱ Ἕλληνες ἐκράτουν.* (Cf. Antonin. Lib. XI). Hos tamen sine dubitatione concedo poeticum usurpasse uocabulum: de scriptore Ionico uereor ut tam certe iudicare liceat.

νέκυς. I 140 *οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ.* III 16 *ἐκέλευεν ἐκ τῆς ταφῆς τὸν Ἀμάσιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω.* 24 *ἐν μέσῃ δὲ τῇ στήλῃ ἐνεὼν διαφαίνεται ὁ νέκυς, οὔτε ὀδμὴν οὐδεμίαν ἄχαριν παρεχόμενος οὔτε ἄλλο ἀεικὲς οὐδέν· καὶ ἔχει πάντα φανερὰ ὁμοίως αὐτῷ τῷ νέκυι.* Cf. *H* 709. *N* 509. *Π* 526. *P* 277. *Σ* 173. *λ* 37. *χ* 401 (= *ψ* 45), *ω* 417 cett. Sed apud Homerum *νέκυες* saepius sunt etiam mortui, ut in *λ* 29, 491, 569. *μ* 583, et *νέκυς* ponitur pro adiectiuo = mortuus in *P* 240. *Σ* 152, quem usum fere non nouit Herodotus. Fortasse igitur apud Nostrum agnoscenda est consuetudo sermonis Ionici recentioris ea, ut uox illa qua Homerus expressit omnes notiones quae sunt in *νεκρὸς* usurpata sit tantummodo paene ad significandum cadauer hominis

mortui. In literis Atticis legitur solum apud poetas aut apud scriptores recentiores. Cf. Soph. Ant. 26, 467, 515. Eur. Or. 1585, 1745. Suppl. 70. Herod. IV 8, 12.

νηνεμίη. VII 188 *ἅμα δὲ ὄρθρῳ ἐξ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης τῆς θαλάσσης ζεσάσης ἐπέπεσέ σφι χειμών τε μέγας καὶ πολλὸς ἄνεμος ἀπηλιώτης.* 218 *ἦν μὲν δὴ νηνεμίη, ψόφου δὲ γιγνομένου πολλοῦ, ὡς οἰκὸς ἦν φύλλων ὑποκεχυμένων ὑπὸ τοῖσι ποσίν, ἀνά τε ἔδραμον οἱ Φωκεῖς καὶ ἐνέδυνον τὰ ὅπλα.* Cf. *E* 523, *νηνεμίη γαλήνη ε* 392, *μ* 169. Uocabulum ne ab Hippocrate quidem alienum est, et miror, si fugit Hoferum id esse uolgarissimum. Unum affero locum lexigraphorum animaduersione dignissimum Aristot. Top. I p. 108 A: *ὡς γαλήνη ἐν θαλάσσῃ, νηνεμία ἐν ἀέρι* (sc. *ἠρεμία*).

νυκτερὶς = uespertilio. II 76 *πτίλα δὲ οὐ πτερωτὰ φορεῖ, ἀλλὰ τοῖσι τῆς νυκτερίδος πτεροῖσι μάλιστά κῃ ἐμφερέστατα.* III 110 *περὶ δὲ αὐτὴν καὶ ἐν αὐτῇ αὐλίζεταί κου θηρία πτερωτά, τῇσι νυκτερίσι προσείκελα μάλιστα.* IV 183 *γλῶσσαν δε οὐδεμιῇ ἄλλῃ παροιμίην νενομίκασιν, ἀλλὰ τετρίγασι κατά περ αἱ νυκτερίδες.* Cf. *μ* 433, *ω* 6. Uocem non esse poeticam tantum patet e locis Herodoteis. Nec tamen aliena ulla noui exempla: nisi quod piscium genus uocatur *νυκτερὶς* ab Oppiano Hal. II 200, poetica, ut uidetur, cum libertate.

οἶκος = res familiaris. III 53 *ὦ παῖ βούλεαι τήν τε τυραννίδα ἐς ἄλλους πεσεῖν καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς μᾶλλον ἢ αὐτός σφεα ἀπελθὼν ἔχειν;* Uerba sunt Periandri. VII 224 *ἐκδιδοὺς τὴν θυγατέρα Δαρείῳ τὸν οἶκον πάντα τὸν ἑωυτοῦ ἐπέδωκεν.* Cf. *O* 498, *α* 251, *β* 64, (*ζ* 181), *δ* 318, (*η* 314), *π* 431 cett. Usum Homeri et Herodoti non esse poeticum modo uel ex eo apparet, quod Noster ponit etiam *οἰκοφθορεῖσθαι* = rem familiarem amittere (Haus und Hof verlieren) in I 196. V 29. VIII 142 (in oratione legatorum Lacedaemoniorum). 144 (in responso Atheniensium). Praeterea scimus etiam Atticorum consuetudinem fuisse ut per *οἶκος* significarent rem familiarem. Cf. Isae. VII 42. Lys. XXVI 22. Xen Oecon. I 5. Plat. Lach. 185 A. Dem. (p. 833, 24, p. 861, 13). Lucian. Toxar. 14. Etiam *οἰκοφθορεῖν* = rem familiarem perdere (Haus und

Hof durchbringen) legitur in Plat. Legg. XI p. 929 D. XII p. 959 C. Cf. *οἰκοφθορία* Plat. Phaed. p. 82 C. *οἰκοφθόρος* Plat. Legg. III p. 689 D.

ὅλμος. I 200 *ἐςβάλλουσιν ἐς ὅλμον καὶ λεήναντες ὑπέροισι σῶσι διὰ σινδόνος.* Inuenitur in uno uersu Iliadis *Λ* 147 *ὅλμον δ' ὡς ἔσσευε κυλίνδεσθαι δι' ὁμίλου.* Cf. Schol. *ὅλμος δέ ἐστι κοῖλος λίθος, εἰς ὃν κόπτουσιν ὄσπρια καὶ ἄλλα τινά. ἡ διπλῆ δέ, ὅτι ἅπαξ ἐνταῦθα κέχρηται. καὶ ὅτι ἐν Ἰλιάδι εὐτελέσι κέχρηται λεξιδίοις, οὐ μόνον ἐν Ὀδυσσείᾳ, κτλ'.* Uerbum fuisse uolgare uel ex titutis demonstrari potest: uideas C. I. G. 1688, 24. 2338, 82. Significasse uidetur primitus omne genus uasorum quod speciem habet cylindri: post ab Ionibus usurpatum est ea fere notione quae est = mortarium (cf. etiam Hes. Opp. 425), ab Atticis ea quae est = lacus, Kübel (cf. Ar. Vesp. 201. 238). Recentiore aetate uocabulum complures res uidetur ostendisse per metaphoran: sed de hac re quaerere accuratius non potui.

ὀλολυγή. IV 189 *δοκεῖ δὲ ἔμοιγε καὶ ὀλολυγὴ ἐν ἱροῖσιν ἐνθαῦτα πρῶτον γενέσθαι· κάρτα γὰρ ταύτῃ χρῶνται καλῶς αἱ Λίβυσσαι.* Cf. *Z* 301 (amplius non legitur apud Homerum, nisi quod positum est in hymn. Ven. 19, ut significaret cantum laetum): *αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον.* Uocem fuisse de ritu sollemnem recte, ut puto, monuit Steinius (ad locum Herodoteum): quamquam sic eam apud poetas tantum usurpatam fere inuenimus, ut in Eur. Med. 1176. Troad. 1073. Ar. Lysistr. 240. Nam apud Thuc. II 4 *ὀλολυγὴ* est merus clamor uxorum, neque aliter in Appian. Pun. 77. 92. Synes. ep. 57. 67: clamorem laetum ostendit apud Luc. Bacch. 4, strepitum apud Plut. Luc. 27.

ὀπάων. V 111 *εἶπε πρὸς ταῦτα ὁ ὀπάων αὐτοῦ* (idem paullo ante uocatus est *ὑπασπιστής*). Cf. IX 50 *οἵ τε σφέων ὀπέωνες ἀποπεμφθέντες ἐς Πελοπόννησον ὡς ἐπισιτιεύμενοι ἀποκεκλῄατο ὑπὸ τῆς ἵππου.* 51 *ὡς ἀναλάβοιεν τοὺς ὀπέωνας τοὺς ἐπὶ τὰ σιτία οἰχομένους.* *H* 765 = *Θ* 268. *K* 58. *P* 258, 610. *Ψ* 360 (*ἡ ὀπάων* hymn. Cer. 440). Forma illa quidem *ὀπάων* aperte est poetica, sed sine dubio mutanda in *ὀπέων*: neque enim e locis Herodoti confirmari potest uocem

apud Iones non fuisse uolgarem. Contra apud Atticos et formam et uocabulum ὀπάων apparet esse poetica. Cf. Aeschyl. Cho. Suppl. 475, 921. Soph. Ant. 1095. O. C. 1105.

* ὁσίη. II 45 τοῖσι γὰρ οὐδὲ κτήνεα ὁσίη θύειν ἐστὶ χωρὶς ὑῶν καὶ ἐρσένων βοῶν καὶ μόσχων, ὅσοι ἂν καθαροὶ ἔωσι, καὶ χηνῶν, κῶς ἂν οὗτοι ἀνθρώπους θύοιεν; 171 καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς πέρι, τὴν οἱ Ἕλληνες θεσμοφόρια καλέουσι, καὶ ταύτης μοι πέρι εὔστομα κείσθω, πλὴν ὅσον αὐτῆς ὁσίη ἐστὶ λέγειν. Utroque loco ὁσίη ἐστὶ potest uerti per fas est: nam refertur ad res sacras et apparet id priore loco idem fere significare quod νόμιόν ἐστι, altero idem quod δίκαιόν ἐστι. Ad hunc adnotauit Steinius haec: „ὁσίη ἐστί, fas est, nach Od. π 423 οὐδ' ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν; noch c. 45, 10, sonst ὅσιον." Cf. etiam χ 412 οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἄνδρασιν εὐχετάασθαι. Pind. Pyth. IX 62. Eur. Hel. 1354. Nec tamen puto ex imitatione Homeri Herodotum illa scripsisse, praesertim cum alter negatiuam tantum, alter affirmatiuam quoque ponat locutionem. Quare melius cum exemplis Herodoteis comparabis Pind. Pyth. IX 36 ὁσία κλυτὰν χέρα οἱ προσενεγκεῖν. Substantiuum ὁσίη (ὁσία) = ius diuinum usurpatum inuenies etiam in hymn. Merc. 470. Empedocl. 47 Karst. Ar. Plut. 682. Dem. XXI 126 (ὁ θεὸς καί τὸ τῆς ὁσίας, ὅ τι δή ποτ' ἐστί, τὸ σεμνὸν καὶ τὸ δαιμόνιον συνηδίκηται).

πῖδαξ. IV 198 μελάγγαιός τε γάρ ἐστι (sc. ἡ Κίνυψ) καὶ ἔπυδρος πίδαξι κτλ'. Semel legitur apud Homerum in Π 825. Cf. Eur. Andr. 284 (πιδακόεις ibid. 116 = πιδήεις Κ 183). Quibus locis omnibus significantur fontes montani. Obsoletum magis quam poeticum dixerim esse uocabulum. Quod poetae scriptoresque recentiores id nonnusquam posuerunt, antiquitatis agnosces studium uel imitationis. Cf. Apoll. Rhod. IV 1451, 1456. Agid. Anthol. VI, 158. Apollonid. ibid. 238. Leonid. ibid. 234. Antipatr. Anthol. IX 417. Achill. Tat. I 15.

πλατάνιστος. V 119 κατειλήθησαν ἐς Λάβραυνδα ἐς Διὸς στρατίου ἱρόν, μέγα τε καὶ ἅγιον ἄλσος πλατανίστων. VII 27 οὗτός ἐστιν ὅς τοι τὸν πατέρα Δαρεῖον ἐδωρήσατο τῇ πλατανίστῳ τῇ χρυσῇ καὶ τῇ ἀμπέλῳ. Uerba sunt hominum Persarum. 31 ταύτην ἰὼν ὁ Ξέρξης τὴν ὁδὸν εὗρε πλατάνιστον, τὴν κάλλεος εἵνεκα δωρησάμενος κόσμῳ χρυσέῳ καὶ μελεδωνῷ ἀθανάτῳ

ἀνδρὶ ἐπιτρέψας κτλ'. Legitur in *B* 307, 310. Uerbum sane apud poetas tantum inuenitur, nisi quod extat in Luc. Am. 12. 31: sed fuisse id olim uolgare e nominibus nonnullis apparet, ueluti *πλατανιστὴς* Paus. III 11, 2. 14, 8. *Πλατανιστὼν* (cf. „Lindenau") id. IV 34, 4. VIII 39, 1.

πόνος = pugna. VI 114 *ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος διαφθείρεται.* VIII 89 *ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ ἀπὸ μὲν ἔθανεν ὁ στρατηγὸς Ἀριαβίγνης ὁ Δαρείου κτλ'*. Cf. *E* 667. *Z* 77, 525. *M* 348, 356. *N* 2, 344. *O* 416. *P* 158. *T* 227. *Φ* 249. *μ* 117 cett. Hes. Theog. 881. Scut. 305, 310. Theogn. 981. Lehrs. Aristarch. p. 87. Locis iis quae ex Atticorum scriptis comparantur apertior iam inest uocabulo laboris notio, ut in Plat. Phaedr. p. 247 B *ἔνθα δὴ πόνος τε καὶ ἀγὼν ἔσχατος ψυχῇ πρόκειται.* Cf. p. 248 B. Alc. II p. 142 B. Quamquam utrum poeticum Herodotus usum an Ionicum sit secutus, diudicare non ausim. Calamitatem, ut hoc addam, significat uerbum in VII 190: *ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ νέας οἱ ἐλαχίστας λέγουσι διαφθαρῆναι τετρακοσιῶν οὐκ ἐλάσσονας*: tempestate enim afflicta est classis Persarum.

πρόβατα. I 133, 167, 188, 203, 207. II 41. III 101. IV 23, 61. VI 56. VII 171. VIII 137. Cf. *Ξ* 124. *Ψ* 550. Uox sine dubio fuit uolgaris: atque significabatur ea, ut uidetur, primitus omne genus pecoris praeter equos. *Ψ* 549 sq. *ἔστι τοι ἐν κλισίῃ χρυσὸς πολύς, ἔστι δὲ χαλκὸς καὶ πρόβατ', εἰσὶ δέ τοι δμωαὶ καὶ μώνυχες ἵπποι.* II 41 *τὰς βοῦς τὰς Αἰγύπτιοι πάντες ὁμοίως σέβονται προβάτων πάντων μάλιστα μακρῷ.* Huc pertinet etiam IV 61 *θύουσι δὲ καὶ ἄλλα πρόβατα καὶ ἵππους μάλιστα*, modo statuatur *πρόβατα* ex usu illo notissimo esse epexegetice appositum uerbis *τὰ ἄλλα* (cf. Xen. An. VII 3, 48). Quare minora pecora, oues capreaeue, uocantur *τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων* in I 133 et VIII 137. Cf. Stein. ad I 133. *Πρόβατα* (Weidetiere) et *ὑποζύγια* opponuntur in I 167 *ὁμοίως πρόβατα καὶ ὑποζύγια καὶ ἄνθρωποι*, similiterque Thucydides scripsit in II 14 *πρόβατα δὲ καὶ ὑποζύγια ἐς τὴν Εὔβοιαν διεπέμψαντο.*[1]) Plerumque sane apud Atticos uerbum

[1]) Sunt igitur *πρόβατα* ea pecora quae propter usum carnis lactis uelleris pastum prodeant (*προβαίνουσι*). Cf. IV 23 *πρόβατα γάρ σφιν οὐ*

ostendit oues: cf. Xen. An. III 5, 9 *πολλὰ δ' ὁρῶ ταῦτα πρόβατα καὶ αἶγας καὶ βοῦς καὶ ὄνους.* IV 7, 14. VI 3, 22. VII 3, 48 cett. Sed uox ipsa est uolgarissima et quam ne Hippocrates quidem auersatus sit: cf. 302, 27. 784 B.

πυρκαιή. II 66 *πυρκαιῆς δὲ γιγνομένης θεῖα πρήγματα καταλαμβάνει τοὺς αἰελούρους.* Cf. *Η* 428. *Ψ* 158, 231, 237, 250 = *Ω* 791. Semper apud Homerum significatur uocabulo locus incendii, rogus (cf. Eur. Suppl. 1206. Arist. Hist. An. IX 1): apud Nostrum ipsum incendium est — neque enim Aegyptii mortuos cremabant —, quo exemplo uerbum posuerunt etiam Lucian. Merc. cond. 18. Toxar. 61 et Plutarch. Camill 31. Sed tamen conferri potest locus ex Arist. Meteor III 1, ubi *μικραὶ πυρκαιαὶ* uocantur parua incendia. Quare uerbum neque poeticum neque Ionicum tantum esse affirmarim.

ῥίψ. IV 71 *παραπήξαντες αἰχμὰς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τοῦ νεκροῦ ξύλα ὑπερτείνουσι καὶ ἔπειτα ῥιψὶ καταστεγάζουσιν.* Semel apud Homerum legitur, in *ε* 256. Cf. Schol. *ῥίπεσσι. πλέγμασι ψιαθώδεσιν οὖσι πεπλεγμένοις.* Sed uerbum sine dubio erat uolgare, nec aliter *ῥῖπος* quod Herodotus usurpauit in II 96. Cf. Ar. Pac. 699. Arist. Probl. XV 6. p. 911 B, 4 et 11 Bekk. (Lucian. Hermot. 28. Plutarch. Mor. p. 405 B).

σαυρωτήρ. VII 41 *ἐπὶ τοῖσι δόρασιν ἀντὶ τῶν σαυρωτήρων ῥοιὰς εἶχον χρυσέας.* Ne hoc quidem uocabulum plus uno loco inuenitur apud Homerum: *Κ* 153. Cf. Schol. *σαυρωτὴρ δέ ἐστι ἀπολῆγον μέρος τοῦ δόρατος, ὅπερ ἀντίκειται τῇ αἰχμῇ ὃν καὶ οὐρίαχον καλοῦσιν.* Athen. XII p. 514 B. Polyb. VI 25, 6. XI 18, 4. Plutarch. Mor. p. 183 A. (Anthol. VI 110, 3). Uerbum Nostri aetate nondum fuisse obscurum aut alienum ab usu uolgari e l. l. dilucide apparet.

σημάντωρ. VII 81 *τελέων δὲ καὶ ἐθνέων ἦσαν ἄλλοι σημάντορες.* Cf. *Δ* 431. *Θ* 127. *Ο* 325. *ρ* 21. *τ* 314. hymn. Ap. 542. Cer. 131. Hes. Scut. 56 cett. Quoniam non uideo, qui

---

πολλά ἐστιν· οὐ γάρ τι σπουδαῖαι αἱ νομαὶ αὐτόθι εἰσίν. Uocem usurpare de equis unus, quod sciam, ausus est Pindarus in frg. 305 Bergk. Nam apud Herodotum VI 56 *προβάτοισι* non de equis militaribus, sed (sec. Steinium) de hostiis est accipiendum.

loco Herodoteo ulla apta sit stili sublimitas, poetico minus quam antiquo putauerim hoc uerbo usum esse scriptorem.

σκύλαξ. III 32 *λέγουσι Καμβύσεα συμβαλεῖν σκύμνον λέοντος σκύλακι κυνός, θεωρεῖν δὲ καὶ τὴν γυναῖκα ταύτην, νικωμένου δὲ τοῦ σκύλακος ἀδελφεὸν αὐτοῦ ἄλλον σκύλακα ἀπορρήξαντα τὸν δεσμὸν παραγενέσθαι οἱ, δύο δὲ γενομένους οὕτω δὴ τοὺς σκύλακας ἐπικρατῆσαι τοῦ σκύμνου.* Etiam in sequentibus legimus *τὸν σκύλακα τῷ ἀδελφεῷ τιμωρήσαντα.* Cf. *ι* 289. *μ* 86. *υ* 14. Hes. Theog. 834 cett. Uerbum non esse poeticum uel e simplicitate narrationis Herodoteae intellegitur. Cf. Xen. Cyr. I 4, 15. Cyn. VII 6, 7. Plat. Parm. p. 128 C. Rep. II p. 375 A. VII p. 537 A. cett. *σκυλακώδης* Xen. Cyr. I 4, 4. Idem haud dubie statuendum est de uoce

σκύμνος. III 32. 108 *ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μητρὶ* (sc. *τῇ λεαίνῃ*) *ἐὼν ἄρχηται διακινεόμενος, ὁ δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους ἀμύσσει τὰς μήτρας.* Cf. *Σ* 319. *σκυμνίον* Arist. Hist. An. IX 6. *σκυμνοτοκεῖν* Arist. apud Athen. VII p. 314 C. *ἄρσην γὰρ οὐ σκυμναγωγεῖ* Schol. *Σ* 319 cett. Significant autem *σκ'λαξ* 1) pullum canis, caniculum (itaque apud poetas pro cane ipso ponitur), 2) pullum: *σκύμνος* pullum leonis, 2) pullum.

σποδός. II 100 *αὐτήν μιν, ὡς τοῦτο ἐξέργαστο, ῥῖψαι ἐς οἴκημα σποδοῦ πλέον, ὅκως ἀτιμώρητος γένηται.* Cf. 140 bis. IV 172 *ἢν δὲ μὴ ἔχουσιν ὑγρὸν μηδέν, οἱ δὲ τῆς χαμᾶθεν σποδοῦ λαβόντες λείχουσιν.* Significat uocabulum cinerem uel puluerem. Apud Homerum legitur nonnisi in *ι* 375 et hymn. Merc. 238 de cinere positum. Poetico hoc uocabulo usum esse Herodotum nemo intellegens affirmabit. Cf. Ctes. 17. 48. 50. 51. (Plut. Moral. p. 727 C. Lucian. Luct. 19). *σποδωθὲν* ap. Hippocr. p. 667, 10.

φάτνη. IV 70 *τὴν σκηνὴν τὴν Μαρδονίου οὗτοι ἦσαν οἱ διαρπάσαντες, τά τε ἄλλα ἐξ αὐτῆς καὶ τὴν φάτνην τῶν ἵππων ἐοῦσαν χαλκῆν πᾶσαν καὶ θέης ἀξίην. τὴν μέν νυν φάτνην ταύτην τὴν Μαρδονίου ἀνέθεσαν ἐς τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης κτλ'.* Cf. *Ε* 271. *Κ* 568. *Ο* 263. *Ω* 280. *δ* 535 = *λ* 411 cett. Ne hoc quidem uerbum poetarum tantum ex usu est.

Cf. Xen. Cyr. III 3, 27. Plat. Phaedr. p. 247 E. Tim. Locr. p. 70 E. p. 71 C. Strabo III p. 151. Arrian. Epictet. IV 1, 35. (Luc. Tim. 14. adu. ind. 30. Philostr. imag. p. 828. Aesop. fab. 228 Halm. cett.).

φιλότης = amicitia. I 172 *τοῖσι γὰρ κάλλιστόν ἐστι κατ' ἡλικίην τε καὶ φιλότητα εἰλαδὸν συγγίγνεσθαι ἐς πόσιν, καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ καὶ παισίν.* II 181 *ἐδικαίωσε καὶ γῆμαι αὐτόθεν, εἴτ' ἐπιτιμήσας Ἑλληνίδος γυναικὸς εἴτε καὶ ἄλλως φιλότητος Κυρηναίων εἵνεκα.* Cf. *Γ* 73. 94. 323. 354. 453. *Δ* 16. 83. *Η* 302. *Ι* 630. *Π* 282. *κ* 43. *ξ* 505. *ο* 55. 197. *ω* 476. cett. Apud scriptores Atticos uocabulum est rarius, sed tamen inuenitur. Cf. Andoc. III 30. Plat. Legg. VI p. 757 A (in prouerbio). Phaedr. p. 228 D. Lucian. de Merc. cond. 1. Herm. 15. 72.

Hoc loco nescio an inserendum fuerit

* *φόβος* = fuga. IX 69 *οἱ μὲν δὴ νικῶντες εἵποντο τοὺς Ξέρξεω διώκοντές τε καὶ φονεύοντες. ἐν δὲ τούτῳ τῷ γιγνομένῳ φόβῳ ἀγγέλλεται.* Conferri fortasse potest IV 103 ubi *φόβος* est horror qui exercitum perfundit, ita ut is fugae se mandet: *τοῖσι δὲ Πέρσῃσιν οὐδενὸς μαχομένου φόβος ἐνέπεσεν, ἀποδραμόντες δὲ ὅσον ἑξήκοντα στάδια ἵζοντο.* Uerbum *φοβεῖσθαι* uidetur idem significare quod fugari in IX 70 *ἀλύκταζόν τε οἷα ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πεφοβημένοι τε* („gescheucht, gejagt" Stein.) *καὶ πολλαὶ μυριάδες κατειλημέναι ἀνθρώπων.* Fugiendi notionem potest habere etiam in IV 128 *οἱ δὲ Σκύθαι ἐταράξαντες τὴν ἵππον ὑπέστρεψαν, τὸν πεζὸν φοβεόμενοι,* Scythae cum equites in pedestrem exercitum reiecissent, conuerterunt equos illum fugientes (?). Sic apud Homerum semper usurpata esse haec uerba iam Aristarchus docuit. Cf. Lehrs. Arist. p. 89 seq. Apud Herodotum ceteris locis uis iis inest timoris timendiue. Tamen etiam ll. ll. antiquum, non poeticum tantum is mihi uidetur usum secutus esse. (Addo idem esse quod periculum uocem *φόβος* in I 143: *ἐν σκέπῃ τοῦ φόβου*).

φορβή. I 202 *καρποὺς δὲ ἀπὸ δενδρέων ἐξευρημένους σφιν ἐς φορβὴν κατατίθεσθαι ὡραίους, καὶ τούτους σιτεῖσθαι τὴν χειμερινήν.* 211 *κλιθέντες ἐδαίνυντο, πληρωθέντες δὲ φορ-*

βῆς καὶ οἴνου ηὗδον. Cf. IV 121. VII 50. 107. 119. *E* 202. *Λ* 562. In Odyssea non legitur: saepius apud Sophoclem, ut in Ai. 1065. Phil. 43. 162. 706. 711. 1108. Ant. 775. (Eur. Androm. fr. 121). Alienum est ab Atticorum scriptoribus, sed apud Iones Nostri aetate mihi quidem uidetur fuisse uolgare.

φύλακος (*φυλακός* Aristarch.). I 84. 86. II 113. 121 *γ*). III 4. VI 75. Uerbum apud Homerum legitur nonnisi in *Ω* 566: sed aetate Herodoti quin fuerit apud Iones uolgarissimum neminem puto dubitare: praesertim cum *φύλαξ* forma qua utitur sola fere Homerus a Nostri usu plane sit aliena.

χείρ = bracchium. II 121 *νεκροῦ προσφάτου ἀποταμόντα ἐν τῷ ὤμῳ τὴν χεῖρα ἰέναι αὐτὸν ἔχοντα αὐτὴν ὑπὸ τῷ ἱματίῳ.* IV 62 *τῶν ἀποσφαγέντων ἀνδρῶν τοὺς δεξιοὺς πάντας ἀποταμόντες σὺν τῇσι χερσὶν ἐς τὸν ἠέρα ἱεῖσιν.* Cf. *Z* 81, *Λ* 252, *N* 653, *Φ* 166, *X* 426, *α* 238 = *δ* 490 et *ξ* 368. Hes. Theog. 150. Soph. El. 1226. Eur. Ion. 1337. Ac ne scriptores quidem Atticos ab hoc usu abhorruisse apparet, quoniam *ἄκρην τὴν χεῖρα* (comp. *E* 336) manum appellauerunt ipsam, ut Xen. Cyr. VIII 8, 17. Plat. Prot. p. 352 A. Cf. Plut. Cleom. 29. Mor. p. 149 C. Paus. VI 14, 2. Long. I 4.

χῆτος. IX 11. *Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ἀδικεόμενοι ὑπὸ ὑμέων χήτει τε συμμάχων καταλύσονται τῷ Πέρσῃ οὕτω ὅκως ἂν δύνωνται.* Uerba sunt legatorum Atheniensium. Cf. *Z* 463. *T* 324. *π* 35. hymn. Ap. 78. Plat. Phaedr. 239 D *πόνων ἀνδρείων καὶ ἱδρώτων ξηρῶν ἄπειρον, ἔμπειρον δὲ ἁπαλῆς καὶ ἀνάνδρου διαίτης, ἀλλοτρίοις τε χρώμασι καὶ κόσμοις, χήτει οἰκείων, κοσμούμενον.* Fortasse apud Iones uocabulum iam non fuit usitatius Nostri temporibus quam post apud Atticos: nam in oratione si posuit Herodotus uocem paullo exquisitiorem, haud sane mirabimur.

ψάμμος. II 8 *τὸ δὲ πρὸς Λιβύης τῆς Αἰγύπτου ὄρος ἄλλο πέτρινον τείνει, ἐν τῷ αἱ πυραμίδες ἔνεισι, ψάμμῳ κατειλυμένον.* III 26 *ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Θηβέων διὰ ψάμμου.* 102 *κατὰ γὰρ τοῦτο ἐστὶν ἐρημίη διὰ τὴν ψάμμον.* IV 182 *διὰ τῆς ὀφρύης τῆς ψάμμου δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων ὁδοῦ κολωνός τε ἁλός ἐστιν κτλ'.* (*Ψάμμη* usurpatum est in IV 181). Primo loco Steinius contulit *ξ* 136 ubi tamen

non lego *ψάμμῳ εἰλυμένα πολλῇ*, sed *ψαμάθῳ εἰλυμένα πολλῇ* (sc. *ὄστεα*). Uox ipsa in *M* 144 tantummodo inuenitur. Quo certius est eam apud Nostrum non esse poeticam. Cf. Plut. Anton. 3. Mor. p. 982 B. Luc. Herm. 65. Dips. 1. Anach. 27. (Oraculum ap. Her. I 47).

Iam uero eadem ratione quaerendum est de

ADIECTIUIS.

ἀεικής (unpassend, anstössig). Duae apud Herodotum sunt uerbo notiones: 1) Indignus, indecorus (ungeziemlich, hässlich). III 24 *ἐν μέσῃ δὲ τῇ στήλῃ ἐνεὼν διαφαίνεται ὁ νέκυς, οὔτε ὀδμὴν οὐδεμίαν ἄχαριν παρεχόμενος οὔτε ἄλλο ἀεικὲς οὐδέν.* VII 13 *ἡ νεότης ἐπέζεσεν, ὥστε ἀεικέστερα ἀπορρῖψαι ἔπεα ἐς ἄνδρα πρεσβύτερον ἢ χρεόν.* Uerba sunt Xerxis regis. 2) Mirus (unnatürlich, auffällig). III 33 *οὔ νύν τοι ἀεικὲς οὐδὲν ἦν τοῦ σώματος νοῦσον μεγάλην νοσέοντος μηδὲ τὰς φρένας ὑγιαίνειν.* VI 98 *οὕτω οὐδὲν ἦν ἀεικὲς κινηθῆναι Δῆλον τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἀκίνητον.* Apud Homerum uocabulum non nisi priore significatione positum est. Cf. A 97, 341. *M* 435. *Ξ* 13. *O* 496. *Φ* 20. *X* 395. *Ω* 594. *β* 250. *γ* 265. *δ* 533. *ν* 437. *π* 199. *υ* 366. *χ* 432. *ο* 250. Quare putauerim ne in hoc quidem uerbo Herodotum secutum esse usum Homericum: ac licet apud Atticos poeticum tantum fuerit *αἰκής*, apud Iones posse aliam fuisse rationem uocabuli *ἀεικὴς* negare ego non ausim.

ἀλήτης. III 52 *ἐὼν ἐμός τε παῖς καί Κορίνθου τῆς εὐδαίμονος βασιλεὺς ἀλήτην βίον εἵλεν.* Uerba sunt Periandri. Apud Homerum uel in Odyssea, *ἀλήτης* semper substantiue positum est, nisi quod est in *ξ* 124 *ἀνὴρ ἀλήτης* significatque planum uel mendicum. Cf. *ϱ* 420, 483 cett. Uocabulum utraque significatione apud poetas sane est usitatius, inuenitur tamen, quantumuis raro, etiam apud scriptores, ut ap. Dion. Hal. I 58 (in oratione Aeneae), Dion. Cass. LXIII 28. Ceterum si Herodotus facit Periandrum ponentem uocabulum minus uolgare, id offensioni nobis esse nequit.

ἄλκιμος (wehrhaft). I 79, 103, 201. II 102. III 4 *τὰ πολεμικὰ ἄλκιμος.* 110 *ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα.* V 49 (in oratione

Aristagorae). VII 10 β) (in oratione Artabani). Cf. Γ 338. Ε 529. Δ 43, 483. Υ 169 cett. Quod apud scriptorem Ionicum adiectiuum haud dubie fuit tritissimum, idem apud uetustiores Atticos fuisse haud prorsus inusitatum Xenophontea docent exempla: cf. An. IV 3, 4. 7, 15. Cyr. I 4, 22.

ἀλλόθροος. I 78 *στρατὸν ἀλλόθροον προςδόκιμον εἶναι Κροίσῳ ἐπὶ τὴν χώρην*. III 11 *μεμφόμενοι τῷ Φάνῃ ὅτι στρατὸν ἤγαγεν ἐπ' Αἴγυπτον ἀλλόθροον*. Cf. α 183. γ 302. ξ 43. ο 452. Aesch. Ag. 1155. Suppl. 940. Soph. Trach. 844. Phil. 540. Uerbum esse poeticum concedam, modo intellegam, cur id, tale cum esset, Herodotus ll. ll. posuerit. Nec tamen praeter Nostrum inuenitur nisi apud recentiores scriptores, ut ap. Dion. Cass. XLI 60.

ἀνάρσιος (widrig). I 114 *ἅμα ἀγόμενος τὸν παῖδα ἀνάρσια πρήγματα ἔφη πεπονθέναι*. III 10 *οὐδέν οἱ μέγα ἀνάρσιον πρῆγμα συνηνείχθη*. V 89 *χρέον εἴη ἐπισχεῖν πεπονθότας ὑπ' Αἰγινητέων ἀνάρσια*. 90 *πολλά τε καὶ ἀνάρσια ἔσεσθαι αὐτοῖσιν ἐξ Ἀθηναίων*. IX 37 *ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ ὡς πεπονθότες πολλά τε καὶ ἀνάρσια ὑπ' αὐτοῦ*. 110 *ὁ δὲ δεινόν τε καὶ ἀνάρσιον ἐποιεῖτο τοῦτο μὲν ἀδελφεοῦ γυναῖκα παραδοῦναι, τοῦτο δὲ ἀναιτίην ἐοῦσαν τοῦ πρήγματος τούτου*. Homerus uocabulum et rarius usurpauit et semper de hominibus posuit (= inimicus). Cf. Ω 365. κ 459 = λ 401. ξ 85. Item Aesch. Ag. 489. Soph. Trach. 853. Quare num iure Passowius affirmarit Herodotum hoc uerbum poeticum, ut ait ille, sicuti alia multa ab Homero mutuatum esse, uehementer ego dubito. Quamquam alibi non legitur.

ἀνιηρός. III 108 *καί κως τοῦ θείου ἡ προνοίη, ὥσπερ καὶ οἰκός ἐστιν, ἐοῦσα σοφή· ὅσα μὲν γὰρ ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐπιλίπῃ κατεσθιόμενα, ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἀνιηρά, ὀλιγόγονα κτλ'*. Apud Homerum, quae eius est origo, adiectiuum significat id quod molestum siue ingratum est. Cf β 190. ρ 220 = 377. Similiter uocabulum *ἀνιαρὸς* apud Atticos usurpatum est: ut Plato dicit in Prot. p. 355 E *μεταλάβωμεν δὴ τὰ ὀνόματα πάλιν τὸ ἡδύ τε καὶ ἀνιαρὸν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τούτοις, καὶ λέγωμεν ὅτι ἄνθρωπος πράττει — τότε μὲν ἐλέγομεν τὰ κακά, νῦν*

δὲ λέγωμεν τὰ ἀνιαρά, γιγνώσκων, ὅτι ἀνιαρά ἐστιν, ἡττώμενος ὑπὸ τῶν ἡδέων, δῆλον ὅτι ἀναξίων ὄντων νικᾶν. Cf. Gorg. p. 477. D. Legg. IX p. 584 A. Lys. II 73. Xen. Cyr. VIII 3, 42. Luc. Cont. 18. Aut idem ostendit quod triste (cf. λυπηρός), ut in Xen. Cyr. I 4, 14 ἀνιαρὸς δὲ καὶ σκυθρωπὸς ὤν, σιωπῇ διῆγεν. Quodsi apud Nostrum ἀνιηρὸς est = noxius, alia huius significationis exempla non inueniuntur. Quare Steinius pro ἀνιηρὰ scripsisse Herodotum ἀτηρὰ (an potius ἀτηρέα? cf. Hippocr. de aere XI, p. 80, 45) non sine ulla probabilitate est suspicatus. Quamquam ne ἀνιηρὸς quidem uocabulum esse poeticum aut sumptum ex Homericis iure potest contendi.

ἀνώνυμος. IV 45 πρότερον δὲ ἦν ἄρα (sc. ἡ Εὐρώπη) ἀνώνυμος ὥσπερ αἱ ἕτεραι. 184 Ἀτάραντες οἵ ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι ἀθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. Cui loco contulit Steinius θ 552 οὐ μὲν γάρ τις πάμπαν ἀνώνυμός ἐστ' ἀνθρώπων. Saepius adiectiuum ipsum apud Homerum non legitur. Quis tamen est quin sciat uolgarissimum id fuisse? Omittendum igitur fuit.

ἀπόρθητος. VI 18 πυθόμενος δὲ ταῦτα Θάσον μὲν ἀπόρθητον λείπει κτλ'. Semel uerbum extat apud Homerum, in *M* 11. Sed. cf. Aesch. Pers. 346. Eur. Med. 826. Etiam ap. Lysiam XXX 7 Lacedaemonii dicuntur ἀπόρθητοι = haud expugnati, inuicti. In oraculo ap. Her. VII 141 ἀπόρθητος uidetur esse = haud expugnabilis, quam notionem habet etiam ap. Dinarch. I 73. Uocabulum apud scriptores prosae orationis minus uidetur usitatum fuisse, neque uero putandum est necesrio plane fuisse poeticum.

ἀρήιος. IV 174 οὔτε ὅπλον ἐκτέαται ἀρήιον οὐδὲν. οὔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται. IX 33 Λακεδαιμόνιοι δὲ μαθόντες οὐκ ἐς γυμνικοὺς ἀλλ' ἐς ἀρηίους ἀγῶνας φέρον τὸ Τισαμενοῦ μαντήιον κτλ'. Substantiue usurpatum est in VI 98, loco tamen suspecto: δύναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν ταῦτα τὰ οὐνόματα, Δαρεῖος ἐρξείης, Ξέρξης ἀρήιος, Ἀρτοξέρξης μέγας ἀρήιος: quamquam hoc ex μέγα ἀρήιος corruptum esse haud inepte coniecit Steinius. Cf. Δ 98. Ζ 340. π 284. Apud Atticos ἄρειος ea ui quae est = bellicus uidetur fuisse poeticum, cf. Aesch. Sept. 114 (ἀρηΐων *M*): contra ea notione, ut significaret id quod Martis est, haud dubie fuit uolgare, cf. Ἄρειος πάγος

(Her. VIII 52 *Ἀρήιος πάγος*), *Ἀρείας κόρας* = Martis puellas (Amazones) Eur. Her. Fur. 413. Apud Iones uocabulum utraque significatione Nostri quidem aetate potest in usu fuisse.

ἄρθμιος. VII 101 *οὐκ ἀξιόμαχοί εἰσιν ἐμὲ ἐπιόντα ὑπομεῖναι, μὴ ἐόντες ἄρθμιοι.* Uerba sunt Xerxis regis. IX 9 *Ἀθηναίων ἐόντων ἡμῖν μὴ ἀρθμίων τῷ δὲ βαρβάρῳ συμμάχων, καίπερ τείχεος διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένου καρτεροῦ, μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ.* Loquitur Chileus Tegeates. 37 *τότε μὲν οὕτω διαφυγὼν Λακεδαιμονίους καταφεύγει ἐς Τεγέην ἐοῦσαν οὐκ ἀρθμίην Λακεδαιμίοισι τοῦτον τὸν χρόνον.* Cf. VI 83 *τέως μὲν δή σφιν ἦν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους* = *ἦσαν ἄρθμιοι ἀλλήλοισιν.* De significatione uerbi cf. Hesych. *ἄρθμιοι, φίλοι παρὰ τὸ ἡρμόσθαι καὶ συμφωνεῖν ἡμῖν.* Lex. Her. VI 83. Homerus id uno loco, *π* 425, posuit. Sed in hymn. Merc. 524 legitur etiam *ἐπ' ἀρθμῷ καὶ φιλότητι*, cf. Aesch. Prom. 194 *ἐς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα.* Tamen *ἄρθμιος* ipsum, quod nouerimus, Herodoteum magis uerbum uidetur quam Homericum aut poeticum.

ἀρίδηλος. VIII 65 *τάδε γὰρ ἀρίδηλα, ἐρήμου ἐούσης τῆς Ἀττικῆς, ὅτι θεῖον τὸ φθεγγόμενον.* Uerba sunt Dicaei Atheniensis. Apud Homerum formam *ἀρίζηλος* esse usitatissimam nemo nescit. Cf. *B* 318. (Hes. Opp. 6). *N* 244. *Σ* 219. *Ψ* 27. *ἀριζήλως* *μ* 453. *Ἀρίδηλος* praeter Nostrum Simonides, Apollonius Rhodius (III 615, IV 727), Arrianus usurpauerunt. En aliam uocem raram, fortasse poeticam, positam in oratione.

ἀτάσθαλος. III 80 *τὰ μὲν γὰρ ὕβρι κεκορημένος ἔρδει πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα, τὰ δὲ φθόνῳ.* Ex oratione Otanae. VII 35 *ἐνετέλλετο δὲ ὦν ῥαπίζοντας λέγειν βάρβαρά τε καὶ ἀτάσθαλα.* VIII 109 *θεοί τε καὶ ἥρωες, οἳ ἐφθόνησαν ἄνδρα ἕνα τῆς τε Ἀσίης καὶ τῆς Εὐρώπης βασιλεῦσαι ἐόντα ἀνόσιόν τε καὶ ἀτάσθαλον.* Loquitur Themistocles. IX 78 *ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ ἔτι μέζων καί τις ὕστερον φυλάσσηται τῶν βαρβάρων μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιῶν ἐς τοὺς Ἕλληνας.* Uerba sunt Lamponis Aeginetae. 116 *ἐτυράννευε δὲ τούτου τοῦ νομοῦ Ξέρξεω ὕπαρχος Ἀρταΰκτης, ἀνὴρ μὲν Πέρσης, δεινὸς δὲ καὶ ἀτάσθαλος.* Cf. *Δ* 695 (= *γ* 207, *ρ* 588, *υ* 170, 370). *N* 634. *X* 418. *θ* 166. *π* 86, 93 cett. Quamuis saepe in

orationibus positum sit, dubito tamen an ne hoc quidem adiectiuo Herodotus recte dicatur usus esse poetico. Quod Arrianus saepius posuit uocabulum, ut in VI 27, 9. VII 1, 9. 14, 4, hanc putamus esse imitationem Herodoteam.

ἀτέων. VII 223 *ἅτε γὰρ ἐπιστάμενοι τὸν μέλλοντα σφίσιν ἔσεσθαι θάνατον ἐκ τῶν περιιόντων τὸ ὄρος ἀπεδείκνυντο ῥώμης ὅσον εἶχον μέγιστον ἐς τοὺς βαρβάρους, παραχρεώμενοί τε καὶ ἀτέοντες.* Cf. *Υ* 332 sq. *Αἰνεία, τίς σ' ὧδε θεῶν ἀτέοντα κελεύει ἄντια Πηλείωνος ὑπερθύμοιο μάχεσθαι;* Cf. Schol. *B ἀτέοντα· φρενοβλαβοῦντα ἢ ἀφροντιστοῦντα, "ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀτίζων ἔρχεται"* (*Υ* 166 sq.). *Καλλίμαχος "Μουσῶν δὲ κενὸς ἀνὴρ ἀτέει."* Caecum furorem et qui non caueat periculum utroque loco significari sane uidemus. De ueriloquio uerbi disputare ego supersedeo. Sed omittere in Iliade lectionem uolgarem fortasse audacius fuit: nam si modo *ἀτεῖν* a nomine *ἄτη* deriuandum est, potest etiam *ἀτεῦντα* legi pro *ἀτέοντα* (quamquam scribi non debet). Cum *ἀτεῖν* praeter locos ll. nusquam scriptum uideatur, nihil ausim equidem affirmare nisi uocem esse raram, fortasse antiquam.

αὖος. II 71 *τὸ δέρμα δ' αὐτοῦ οὕτω δή τι παχύ ἐστιν ὥστε αὔου γενομένου ξυστὰ ποιεῖται ἀκόντια ἐξ αὐτοῦ.* 92 *τρώγεται δὲ καὶ ἁπαλὰ ταῦτα καὶ αὖα.* Cf. *Μ* 137, 160. *Ν* 441. *Ρ* 493. *Ψ* 327. *ε* 240. *σ* 309 cett. Uerbum admodum uolgare iure miror quod hoc in numero posuit Hoferus. Cf. Ar. Lys. 385 *ἀλλ' αὖός εἰμ' ἤδη τρέμων* (de sene marcido). Plat. Legg. VI p. 761 C *ὕλην παρατιθέντας αὔην καὶ ξηρὰν ἄφθονον.*

γαλαθηνός. I 183 *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος βωμὸς μέγας, ὅκου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων· ἐπὶ γὰρ τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν ὅτι μὴ γαλαθηνὰ μοῦνα.* Cf. *δ* 336 = *ρ* 127. Anacr. ap. Aelian. de nat. an. VII 39. Uocabulum in libris haud ita usitatum fuit: cur poeticum id putemus, nihil est. Cf. Athen. IX p. 396 C.

δούλιος. VII 8 *γ*) *οὕτοι οἵ τε ἡμῖν αἴτιοι ἕξουσιν δούλιον ζυγὸν οἵ τε ἀναίτιοι.* Apud Homerum legitur nonnisi *δούλιον ἦμαρ*, cf. *Ζ* 463. *ρ* 323. Sed apte loco Herodoteo collatum est Aesch. Pers. 52 *ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι* (similiter

Eur. in Tro. 595 ζυγὰ δ' ἤνυσε δούλια Τροία): uideas etiam Ag. 1037. Choe. 70. Soph. Ai. 499. Est Xerxes rex quem Herodotus facit in oratione satis expolita ponentem uocem poeticam siue locutionem (δούλιον ζυγόν).

ἐναργής. V 55 Ἵππαρχον τὸν Πεισιστράτου, Ἱππίω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν ἰδόντα ὄψιν ἐνυπνίου [τῷ ἑωυτοῦ πάθει] ἐναργεστάτην κτείνουσιν Ἀριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος. VII 47 εἴ τοι ἡ ὄψις τοῦ ἐνυπνίου μὴ ἐναργὴς οὕτω ἐφάνη. Uerba Xerxis. Ἐναργὴς = manifestus (deutlich, leibhaftig) fuisse uocem de somniis usitatam recte monuit Steinius qui contulit etiam δ 841 ὥς οἱ ἐναργὲς ὄνειρον ἐπέσσυτο et Aesch. Pers. 179 sq. ἀλλ' οὔτι πω τοιόνδ' ἐναργὲς εἰδόμην (sc. ὄναρ) ὡς τῆς πάροιθεν εὐφρόνης. Addo Plat. Crit. p. 44 B *ΚΡ.* ὡς ἄτοπον τὸ ἐνύπνιον, ὦ Σώκρατες. *ΣΩ.* ἐναργὲς μὲν οὖν, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Κρίτων. Aduerbium habes in VIII 77 οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας (sc. χρησμούς) πειρᾶσθαι καταβάλλειν. Praeterea uocabulum legitur in *Υ* 131, γ 420, η 201, π 161 et saepius apud poetas: nec raro apud Platonem (cf. Phaed. p. 77 A) et recentiores scriptores (ut in Polyb. IV 8, 4. Luc. Philops. 13), aut apud oratores (u. Dem. XIV 4. XIX 263. Aesch. III 121): atque, id quod maxime notandum est, ne ab Hippocrate quidem est alienum. Itaque nihil est, cur uerbum fuisse poeticum statuamus. Ceterum in V 55 uerba τῷ ἑωυτοῦ πάθει qui potuerint falso irrepere, non intellego: nisi forte interpolator putabat ἐναργὴς idem ualere quod similis. Puto igitur aut scribendum esse τοῦ ἑωυτοῦ πάθεο aut, quod quidem uerisimilius uidetur, defectum statuendum: ueluti Herodotus potest scripsisse ὄψιν ἐνυπνίου τῷ ἑωυτοῦ πάθει ἐμφερεστάτην (τε καὶ) ἐναργεστάτην.[1]) Aliis alia placebunt.

ἐπήβολος = compos. VIII 111 καὶ τούτων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἐόντας Ἀνδρίους οὐ δώσειν χρήματα. IX 94 τούτων δὲ ἔφη ἐπήβολος γενόμενος τοῦ λοιποῦ ἀμήνιτος εἶναι. Apud Homerum id quoque est ἅπαξ εἰρημένον, cf. β 319. Schol. ἀττικὴν εἶναι τὴν λέξιν φησὶν ὁ Πορφύριος· δηλοῖ δὲ τὸν ἐπιτυχῆ, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, τουτέστι τοῦ σκοποῦ τυγχάνειν.

---

[1]) τε καὶ potest omitti. Cf. V 83 χοροῖσι γυναικηίοισι κερτομίοισιν.

Post *χρῶνται δὲ ταύτῃ τῇ λέξει καὶ οἱ μέθ' Ὅμηρον. Ἀρχιππος "νῦν δ' ὡς ἐγενόμην χρημάτων ἐπήβολος"*. Uox non solum apud Aeschylum (Prom. 446 *φρενῶν ἐπηβόλους*. Schol. *ἔμφρονας· ἐπιτευκτικούς, ἐπιτυχεῖς*. Ag. 520), Sophoclem (Ant. 492), Apollonium Rhodium (III 1272), Aratum (10), Nicandrum (Alexiph. 232), Theocritum (XXVIII 2), sed etiam apud Platonem (Euthyd. p. 289 B. Legg. IV p. 724 B), Aristotelem (Eth. Nic. I 10), Plutarchum, Hippocratem ipsum legitur: ut in usu eius Herodotus neque Homerum nec ullum poetam imitatus esse uideatur.

ἑτεραλκής. IX 103 *ὡς εἶδον αὐτίκα κατ' ἀρχὰς γιγνομένην ἑτεραλκέα τὴν μάχην, ἔρδον ὅσον ἐδυνέατο προςωφελεῖν ἐθέλοντες τοῖσιν Ἕλλησιν*. Uidetur certe *ἑτεραλκὴς μάχη* significare pugnam ancipitem (cf. c. 102), ut in VIII 11 *τοὺς δὲ ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἑτεραλκέως ἀγωνιζομένους νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσεν* putamus esse *ἑτεραλκέως ἀγονιζόμενους* ancipiti Marte pugnantes. Contra apud Homerum *ἑτεραλκὴς νίκη* est uictoria explorata, ut in *H* 26. *Θ* 171. *P* 627. *χ* 236 (cf. *O* 738 *δῆμος ἑτεραλκὴς* qui certam reddit uictoriam). Itaque statuendum est aut uocabuli uim in usu Ionum recentiorum mutatam esse, aut Herodotum Homerum male intellectum imitari. Concedo autem priore loco Herodoteo pugnam certae uictoriae posse significatam esse: modo omittantur uerba *κατ' ἀρχάς*, quae facile potuerunt interpolari, falso ut declararetur *αὐτίκα*, cum id similiter positum esset ut *τάχιστα* (*ὡς εἶδον αὐτίκα = αὐτίκα ἰδόντες*?). Altero autem loco tum certe requiritur negatio. Quodsi cui hae mutationes faciles uidebuntur, ei non grauabor concedere *ἑτεραλκὴς* uerbum esse Homericum uel poeticum. Nam praeter Nostrum recentioresque scriptores uerbum tantummodo apud poetas inuenies: ut in Aesch. Pers. 928 scriptum est *Ἄρης ἑτεραλκής*, Schol. *τοῦτ' ἔστι νικηφόρος*.

εὐειδής. I 112 *ἡ δὲ ὡς εἶδε τὸ παιδίον μέγα τε καὶ εὐειδὲς ἐόν, δακρύσασα καὶ λαβομένη τῶν γουνάτων τοῦ ἀνδρὸς ἐχρήιζε μηδεμίῃ τέχνῃ ἐκθεῖναί μιν*. Cf. III 1 *θυγατὴρ κάρτα μεγάλη τε καὶ εὐειδής*. 3 *τέκνα εὐειδέα τε καὶ μεγάλα*. V 12 *ἀδελφεὴν μεγάλην τε καὶ εὐειδέα*. VII 12 *ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα μέγαν τε καὶ εὐειδέα*. Stein. ad. I 112. In annotatione Ho-

ferus: „Wohl kaum ein homerisches Epitheton" inquit „gebraucht Herodot öfter als εὐειδής." Sed uocabulum legitur solum in uersu Γ 48, ut post Homerum demum uideatur usu increbruisse. Ne uero plane id alienum fuisse a scriptoribus Atticis putes, uide Xen. An. II 3, 3. Hell. V 3, 9. Mem. III 11. Plat. Crit. p. 44 A. Rep. VI p. 494 C (εὐειδὴς καὶ μέγας). Plut. Lyc. 17.

εὔζωνος. I 72. μῆκος ὁδοῦ εὐζώνῳ ἀνδρὶ πέντε ἡμέραι ἀναισιμοῦνται. 104 ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν καὶ ἐς Κόλχους τρίηκοντα ἡμερέων εὐζώνῳ ὁδός. II 34 ἐνθεῦτεν δὲ ἐς Σινώπην τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ πέντε ἡμερέων ἰθέα ὁδὸς εὐζώνῳ ἀνδρί. Apparet his locis uocem εὔζωνος idem significare quod expeditus, cum apud Homerum uel in Iliade sit, = bene cinctus, mere ornans epitheton et quod de mulieribus solis ponatur. Cf. Α 429. Ζ 467. Ψ 261. 760. hymn. Cer. 212 cett. Sed ea ui qua Herodotus uocabulo usus est uolgarissimum est apud scriptores. Cf. Thuc. II 97 ὁδῷ δὲ τὰ ξυντομώτατα ἐξ Ἀβδήρων ἐς Ἴστρον ἀνὴρ εὔζωνος ἑνδεκαταῖος τελεῖ. Xen. Cyr. IV 2, 15. V 3, 56. An. IV 2, 7. 3, 20. 5, 24. VI 3, 15. VII 3, 46 (εὔζωνοι = uelites III 3, 6. V 4, 23). Polyb. III 35, 7. Plut. Demetr. 9. Pelop. 3.

ἤπιος. III 89 λέγουσι Πέρσαι ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος, Καμβύσης δὲ δεσπότης, Κῦρος δὲ πατήρ, ὁ μὲν ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ πρήγματα, ὁ δὲ ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος, ὁ δὲ ὅτι ἤπιός τε καὶ ἀγαθά σφι πάντα ἐμηχανήσατο. Contulit Steinius β 232 seqq. ἀλλ' αἰεὶ (βασιλεύς) χαλεπός τ' εἴη καὶ αἴσυλα ῥέζοι, ὡς οὔ τις μέμνηται Ὀδυσσῆος θείοιο λαῶν οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν. III 130 μετὰ δέ, ὥς οἱ ἐπέτρεψεν, Ἑλληνικοῖσιν ἰήμασι χρώμενος καὶ ἤπια μετὰ τὰ ἰσχυρὰ προσάγων ὕπνου τέ μιν λαγχάνειν ἐποίει καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ὑγιᾶ μιν ἐόντα ἀπέδεξεν. Apte Hoferus contulit δ 218 sq. αἷμ' ἐκμυζήσας ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς πάσσε. VII 142 ταῦτά σφιν ἠπιώτερα γὰρ τῶν προτέρων καὶ ἦν καὶ ἐδόκεεν εἶναι, συγγραψάμενοι ἀπαλλάσσοντο ἐς τὰς Ἀθήνας. Nonnusquam legitur etiam aduerbium ἠπίως. Ut in VII 105 οὐκ ἐποιήσατο ὀργὴν οὐδεμίαν, ἀλλ' ἠπίως αὐτὸν ἀπεπέμψατο. 103 εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόντως, οὐκ ἂν οὕτω μιν δοκεῖν ἠπίως χρησθῆναι. VIII 60 ἠπίως

πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο. Apud Homerum adiectiuum *ἤπιος* satis usitatum esse constat, cf. praeter locos ll. *Θ* 40. *Δ* 515. 830. *Π* 73. *Ψ* 281. *Ω* 770. *β* 47. 230. *ε* 8. *κ* 337. *ν* 405. *ξ* 139. *ο* 39. 557 cett., aduerbium *ἠπίως* (—⏑—) non legitur. Utraque autem forma non solum apud poetas, sed etiam apud scriptores oratoresque Atticos inuenitur. Cf. Thuc. II 59. Plat. Tim. p. 85 A. Phaedr. p. 279 B. Dem. LVI, 44. Uolgarissimum uero apud Iones fuisse *ἤπιος* Hippocratea docent exempla, ut *τὰ τοῦ πυρετοῦ ἤπια, ἠπιώτεραι θέρμαι.* Cf. *ἠπιοῦν τῷ σώματι* (sich wohler fühlen) p. 1147 E.

* *θυμαλγής.* I 129 *ἐόντι δὲ αἰχμαλώτῳ τῷ Ἀστυάγει προςστὰς ὁ Ἅρπαγος κατέχαιρέ τε καὶ κατεκερτόμει, καὶ ἄλλα λέγων ἐς αὐτὸν θυμαλγέα ἔπεα, καὶ δὴ καὶ εἴρετό μιν κτλ'.* Uerbum esse epicum Steinius in annotatione ad h. l. affirmauit, cum conferret *π* 69 *ἦ μάλα τοῦτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες.* Uideas etiam *Δ* 513. *I* 387. *θ* 272. *υ* 118. *χ* 189. *ψ* 64. Idem uerbum apud Apollonium Rhodium et recentiores tantum poetas legitur: praeterquam quod in Aesch. Ag. 985 est = dolore affectus. Concedendum igitur fortasse epitheton ab Herodoto usurpatum esse Homericum, quamquam consilii nihil possumus agnoscere.

ἰθαγενής (= genuinus, natiuus). II 17 *τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστιν ἀλλ' ὀρυκτά.* VI 53 *ἀπὸ δὲ Δανάης τῆς Ἀκρισίου καταλέγοντι τοὺς ἄνω αἰεὶ πατέρας αὐτῶν φαινοίατο ἂν ἐόντες οἱ τῶν Δωριῶν ἡγεμόνες Αἰγύπτιοι ἰθαγενεῖς.* Apud Homerum semel positum est *ἰθαιγενὴς* in *ξ* 203 (*ἐμὲ δ' ὠνήτη τέκε μήτηρ*) *παλλακίς, ἀλλά με ἶσον ἰθαιγενέεσσιν ἐτίμα.* Quare Homerico aut poetico hoc uocabulo usum esse Nostrum uix putauerim: praesertim cum ea notione quae est = germanus seu uerus id posuerint etiam Aristoteles (*νότος, ζέφυρος ἰθαγενὴς* Meteorol. II 6 p. 364 A, 16. 18) et ipse Hippocrates (*κύημα ἰθαγενὲς* p. 618, 45. 684, 11).

καρτερός. I 76 *μάχης δὲ καρτερῆς γενομένης καὶ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος οὐδέτεροι νικήσαντες διέστησαν νυκτὸς ἐπελθούσης.* II 63 *ἐνθαῦτα μάχη ξύλοισι καρτερὴ γίγνεται κεφαλάς τε συναράσσονται.* VI 101 *προςβολῆς δὲ γιγνομένης*

καρτερῆς πρὸς τὸ τεῖχος ἔπιπτον ἐπὶ ἐξ ἡμέρας πολλοὶ μὲν ἀμφοτέρων. VIII 112 πρὶν γὰρ ἢ ἀναπνεῦσαί σφεας ἔκ τε τῆς ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος τοῦ γενομένου κατὰ Πήλιον, ὑπέλαβε ναυμαχίη καρτερή. IX 9 καίπερ τείχεος διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένου καρτεροῦ (uerba Chilei). Cf. *I* 212 φαρμάκῳ δολώσας ἐκράτησας παιδὸς τοῦ ἐμοῦ, ἀλλ' οὐ μάχῃ κατὰ τὸ καρτερόν (loquitur Tomyris). III 65 εἴτε δόλῳ ἔχουσιν αὐτὴν κτησάμενοι, δόλῳ ἀπαιρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων, εἴτε καὶ σθένεϊ τεῳ κατεργασάμενοι, σθένεϊ κατὰ τὸ καρτερὸν ἀνασώσασθαι (ἀνώσασθαι? Uerba sunt Cambysis). *Κατὰ τὸ καρτερὸν* = ui armisque (Stein.) dicitur ut κατὰ τὸ ἰσχυρὸν in I 76. IV 201. V 62. IX 2. Apud Homerum κρατερὸς cum aliis saepe rationibus tum iuxta ὑσμίνῃ seu φύλοπις usurpatum inueniri constat, ut in *B* 345. *Σ* 242. *π* 268 (cf. κρατερῶς μάχεσθαι *M* 152). Multo rarior est forma καρτερός: uideas tamen *Λ* 178. 280. *E* 592. 757. 872. *I* 53. *N* 316. 483. *Π* 517. *T* 108. *δ* 253. *ο* 534. Contra recentiorum κρατερὸς posuerunt tantum Hesiodus Pindarus Aeschylus (Eum. 347. Prom. 169): καρτερὸς non solum apud poetas, sed etiam apud scriptores pedestris sermonis usitatum erat. Cf. Thuc. II 100. III 18. V 65. Xen. Hell. VII 4, 22. Cyr. I 6, 25. Plat. Theaet. p. 169 B. Phaed. p. 77 A. conuiu. 217 C. (κατὰ τὸ καρτερόν). Plut. (Alcib. 31 καρτερᾶς δὲ μάχης γενομένης). Luc. (D. Mort. XXIV 1). Arrian. (An. VII 11, 5). Dion. Hal. (Antt. V 8). Quare ne in Herodoteo quidem usu miri quidquam inest.

καταθύμιος = animi desiderio respondens, acceptus. V 39 Ἀναξανδρίδῃ γὰρ ἔχοντι γυναῖκα ἀδελφεῆς ἑωυτοῦ θυγατέρα, καὶ ἐούσης ταύτης οἱ καταθυμίης, παῖδες οὐκ ἐγίγνοντο. IX 45 Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι. Uerba sunt Alexandri Macedonis. Prorsus alio modo apud Homerum καταθύμιος significat id quod cui in animo est, quod sperat uel timet uel quod ei curae est. Cf. *K* 383. *P* 201 (noli timere ne moriaris, non timet ne moriatur). *χ* 392 (quod mihi curae est). Eo sensu qui est gratus, carus saepius uerbum posuit Theognis (617. 1082.): neque id a scriptoribus Ionicis praeter Nostrum alienum fuisse Democriteo comprobatur exemplo, cf. Stob. Flor. LXXVI 16: quamquam concedo facile posse etiam Democritum, quae eius fuit scribendi ratio (de qua

uideas Cic. Or. 20. 67), poeticum hoc usurpasse uocabulum. Sed maiore iure poterat comparari adiectiui *ἀποθύμιος* usus Homericus et Herodoteus, quoniam hoc apud utrumque ostendit id quod cui ingratum est. VII 168 *οὐκ ἠθελήσαμέν τοι ἐναντιοῦσθαι οὐδέ τι ἀποθύμιον ποιῆσαι.* Uerba quae Corcyraei narrantur dicturi fuisse, si Xerxes uictor decessisset. Ξ 261 *ἅζετο γὰρ μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἔρδοι.* Saepius a neutro positum est: sed. cf. Hes. Opp. 712. Simon. Am. fr. II 35. Negari igitur uocabula *ἀποθύμιος* et *καταθύμιος* esse si non poetica, at certe exquisitiora haud sane potest: nec tamen ex usu eorum ars magis quam ingenium perspicitur Herodoti.

κερτόμιος. V 83 *ἱδρυσάμενοι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ θυσίῃσί τε σφέα καὶ χοροῖσι γυναικηίοισι κ ε ρ τ ο μ ί ο ι σ ι ν ἱλάσκοντο, χορηγῶν ἀποδεικνυμένων ἑκατέρῃ τῶν δαιμόνων δέκα ἀνδρῶν· κ α κ ῶ ς δὲ ἠ γ ό ρ ε υ ο ν οἱ χοροὶ ἄνδρα μὲν οὐδένα, τὰς δὲ ἐπιχωρίας γυναῖκας.* Homerus uerbum aut iuxta *ἔπεα* ponit (Δ 6. *E* 419. *ω* 240) aut omisso substantiuo *κερτόμια* appellat ipsas irrisiones (Α 539. *ι* 474. *υ* 177). Contra in hymn. Merc. 338 *κέρτομος* (fallax, procax) ad ipsum Mercurium est referendum. Utrumque uerbum post Homeri aetatem perrarum fuit, sed comp. Soph. Ant. 956. 961. Hes. Opp. 786. Eur. Alc. 1125. Melan. Vinct. fr. 495. Dion. Hal. Antt. VII 72 (*ὄρχησις . . . κέρτομος καὶ τωθαστική, κέρτομος καὶ σατυρικὴ παιδιά*). Tamen de choris illis quidem comicis potest uolgo olim usurpatum esse. — Ceterum cf. *ἐπικερτομεῖν τινά* Ω 649. VIII 92, *κατακερτομεῖν τινά* I 129. II 135 (simplex uerbum apud Herodotum non legitur).

* *κουρίδιος.* I 135 *γαμέουσι δὲ ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας παλλακὰς κτῶνται.* V 18 *ἡμῖν νόμος ἐστὶ τοῖσι Πέρσῃσιν, ἐπεὰν δεῖπνον προτιθώμεθα μέγα, τότε καὶ τὰς παλλακὰς καὶ τὰς κουριδίας γυναῖκας ἐσάγεσθαι παρέδρους.* VI 138 *εἰ δὴ διαγιγνώσκοιεν σφίσι τε βοηθεῖν (τῶν παλλακέων) οἱ παῖδες πρὸς τῶν κουριδιῶν γυναικῶν τοὺς παῖδας καὶ τούτων αὐτίκα ἄρχειν πειρῴατο, τί δὴ ἀνδρωθέντες δῆθεν ποιήσουσιν;* Quotiens apud Homerum legatur *κουριδίη ἄλοχος* (Α 114. *N* 626. *T* 298. ξ 245), *κουριδίη γυνὴ* (*ν* 44), alia eiusmodi, nemo est qui nesciat. Nec

tamen mihi persuadere potui *κουριδίη γυνή* apud Herodotum esse magis poeticum uel Homericum quam *παλλακή*. Itaque quoad comprobatum erit longe alia ratione Iones Nostri aetate significare solitos esse legitimam uxorem, hunc ego putauerim fuisse terminum etiamtum uolgarem.

λάβρος = uehemens, rapidus. I 87 *ἐκ δὲ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης συνδραμεῖν ἐξαπίνης νέφεα καὶ χειμῶνά τε καταρραγῆναι καὶ ὗσαι ὕδατι λαβροτάτῳ, κατασβεσθῆναί τε τὴν πυρήν.* VIII 12 *ἐκ δὲ τῆς ναυμαχίης (ὑπέλαβε) ὄμβρος τε λάβρος καὶ ῥεύματα ἰσχυρά ἐς θάλασσαν ὁρμημένα βρονταί τε σκληραί.* Cf. *Β* 148. *Ο* 625. *Π* 385. *Φ* 271. *ο* 293. Apud recentiores et poetas et scriptores uocabulum etiam de hominibus usurpatur (= proteruus, uorax). Cf. Arist. Hist. An. VIII 5, de gen. an. I 14. Tim. Locr. p. 103 A. Polyb. IV 41, 6. 70, 7. XI 24, 9. Diodor. Sic. V 26. Alciphr. III 42. Long. I 5. Appian. de reb. Hisp. 18, de bell. Hann. 48. De imbribus, uentis, fluminibus uox, ut uidetur, semper fuit uolgaris.

λεπτός = tener, paruus. I 133 *οἱ εὐδαίμονες αὐτῶν βοῦν καὶ ἵππον καὶ κάμηλον προτιθέαται ὅλους ὀπτοὺς ἐν καμίνοισιν, οἱ δὲ πένητες αὐτῶν τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων προτιθέαται.* VII 36 *διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν κατέλιπον τῶν πεντηκοντέρων καὶ τριηρέων, ἵνα καὶ ἐς τὸν Πόντον ἔχῃ ὁ βουλόμενος πλεῖν πλοίοισι λεπτοῖσι καὶ ἐκ τοῦ Πόντου ἔξω.* VIII 107 *ἀνατείνουσι γὰρ ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου ταύτης.* 137 *ἐνθαῦτα δὲ ἐθήτευον ἐπὶ μισθῷ παρὰ τῷ βασιλεῖ, ὁ μὲν ἵππους νέμων, ὁ δὲ βοῦς, ὁ δὲ νεώτατος αὐτῶν Περδίκκης τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων.* Cf. *Κ* 226. *Σ* 595. *Υ* 275 sq. 497. *Χ* 511. *Ψ* 506, 590, 854. *β* 95. *ε* 231. *ζ* 264. *η* 97. *θ* 280. *κ* 544. *ρ* 97. Potest apud Homerum adiectiuum significare id quod est tenue (cf. *ζ* 264 *λεπτὴ εἰσίθμη*, et metaphorice *λεπτὴ μῆτις* mens tenuis *Κ* 226. *Ψ* 590), non item id quod est humile ut in VII 36. VIII 107 (?). Uerbum apud Iones fuisse commune ex Hippocrate intellegitur. Cf p. 169 B *τὸ λεπτὸν* (sc. *ἔντερον*, intestinum tenue), p. 295, 25 (*λεπτὸς ἐς τὰς τέχνας* = acer uel subtilis). Neque uero minus apud Atticos usitatum fuit. Cf. Thuc. II 49. 83. Xen. Cyr. I 4, 11. V 4, 46. Oec. 17, 8. Cyn. 5, 5. Plat. Erast. p. 134 B. Crat. p. 389 B. Rep. VII p. 523 D.

X p. 607 C. Legg. III p. 699 B. Tim. p. 59 B. Theophr. hist. plant. VIII 6, 2. Antiph. 3, δ, 2. Aeschin. p. 14, 3. Dem. p. 1472, 3. Polyb. III 115, 6. XXV 8, 3. Dion. Hal. de Comp. Uerbb. p. 246. Plut. Cic. 29.

λιπαρός. III 23 *ἐπὶ κρήνην σφιν ἡγήσασθαι, ἀπ' ἧς λουόμενοι λιπαρώτεροι ἐγίγνοντο, κατά περ εἰ ἐλαίου εἴη*. Cf. *B* 44. *I* 156 = 298. *Ξ* 186. *X* 406. *α* 334 = *π* 416. *δ* 210. *λ* 136. *ν* 388. *ο* 332. *τ* 368. *ψ* 283 cett. Significat uocabulum id quod est pingue itaque tenue molle, nitidum opulentum. Apud Atticos satis usitatum fuit, cf. Xen. Cyr. I 4, 11. Mem. II 1, 31. Plat. Crat. p. 427 B. Tim. p. 60 A. 82 D. 84 A. Arist. Hist. An. III 20. Luc. am. 3. 11. 13: apud Iones id fuisse uolgare Hippocrates docet, cf. p. 616, 21.

λυγρός. IX 37 *ὥστε τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς πρό τε τοῦ θανάτου πεισόμενος πολλά τε καὶ λυγρά, ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου*. Cf. *E* 153. *Z* 168. *K* 174. *N* 119, 237. *P* 642. *Σ* 430. *T* 49. *X* 242. *Ω* 531. *α* 327. *γ* 87, 132, 303. *δ* 230. *ι* 454. *κ* 236. *λ* 432. *ξ* 226. *π* 457. *ρ* 203, 473. *σ* 107, 134. Apud Atticos uocabulum fuisse poeticum constat, quoniam apud recentiores modo legitur scriptores (uelut in Luc. Philopotr. 30). Atque cum locus Herodoteus non sine quodam oratorio splendore conformatus esse uideatur (*τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς*), negare nolo Nostrum quoque usum esse hoc adiectiuo poetico magis quam cotidiano.

λυπρός. IX 122 *συγγνόντες Πέρσαι οἴχοντο ἀποστάντες, ἑσσωθέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κύρον ἄρχειν τε εἵλοντο λυπρὴν οἰκεόντες μᾶλλον ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι δουλεύειν*. Legitur uno loco Homerico, quem etiam Steinius Herodoteo comparauit, *ν* 243 *οὐδὲ λίην λυπρή, ἀτὰρ οὐδ' εὐρεῖα τέτυκται*. Schol. *πρὸς τὰ δύο τὰ ἄνω* (u. 242 *ἦ τοι μὲν τρηχεῖα καὶ οὐχ ἱππήλατός ἐστιν*) *ἀπέδωκεν. ἐπεὶ γὰρ εἶπε τρηχεῖα μέν, ἐπάγει, ἀλλ' οὐ λίαν ἄκαρπος· εἰπὼν δὲ οὐχ ἱππήλατός ἐστιν, ἐπάγει οὐδ' εὐρεῖα*. Uox ea ui quae est exilis, sterilis, miser etiam a scriptoribus Atticis, recentioribus maxime, nonnusquam ponitur, ut ap. Theophr. Hist. Plant. II 4, 5, 6. Polyb. III 19, 1. Plut. Pel. 28. Cim. 1. Dion. 58. Diog. Laert. VI 87. X 4. Cf. *λυπρότης* Strab. saepius. *λυπρόβιος*

VII p. 318 λυπρόχωρος IX p. 427. λυπρόγαιος Appian. de reb. Hisp. 59 all. Poeticam fuisse uocem certe nihil est quod credamus. Neque uero qui cum omni tum uetustiore aetate tam rara fuerit, possumus intellegere.

μιαιφόνος. V 92 α) *τυραννίδας ἐς τὰς πόλις κατάγειν παρασκευάζεσθε, τοῦ* (qua re) *οὔτε ἀδικιώτερόν ἐστιν οὐδὲν κατ' ἀνθρώπους οὔτε μιαιφονώτερον.* ζ) *πολλῷ ἔτι ἐγένετο Κυψέλου μιαιφονώτερος.* Sunt haec ex oratione Soclis, Corinthiorum legati. In Iliade hoc epitheton semper tribuitur Marti, cf. *E* 31 = 458, 844. *Φ* 402. Apud tragicos uocabulum satis usitatum est, nec uero a scriptoribus Atticis plane alienum fuit. Cf. Xen. Cyr. VIII 7, 17 (18). (Tim. Locr. p. 104 E. Dio. Cass. LXXIX 3). *μιαιφονέω* Plat. Rep. VIII p. 565 E. IX p. 571 D. Isocr. p. 271 B. Dem. p. 424, 25. Luc. D. M. XII 3. *μιαιφονία* Dem. p. 795, 7. Plut. Mor. p. 996 E. Quamquam igitur uerbum non fuit Homericum tantum aut poeticum, concedo tamen id adeo non fuisse uolgare, ut singulari ui et arte id positum esse in oratione hominis Corinthii appareret.

μιλτηλιφής. III 58 *τὸ δὲ πάλαιον ἅπασαι αἱ νέες ἦσαν μιλτηλιφεῖς.* Uerbum apud Homerum omnino non legitur, sed naues dicuntur *μιλτοπάρῃοι* in *B* 637 et *ι* 124 (cf. *νέας φοινικοπαρῄους* in *λ* 124 = *ψ* 271). Uocabulum igitur est Herodoteum. Quodsi tam studiosus fuisset imitationis Homericae quam uolgo putatur fuisse Noster, iure sane admiraremur quod noluit ponere *μιλτοπάρῃος.* Sed auersatus hoc est, quia uox erat uere poetica et quae in ieiuna narratione esset plane inepta. Itaque licentia Graeca nouum, ut uidetur, composuit uerbum, in quo tamen nihil miri, nihil sublime posset inueniri.

νήπιος = infans. V 16 *τὰ δὲ νήπια παιδία δέουσι τοῦ ποδὸς σπάρτῳ, μὴ κατακυλισθῇ δειμαίνοντες.* Similiter Homerus dicit *νήπια τέκνα,* ut in *B* 136, 311. *Δ* 113. (Conferas etiam *I* 440. *P* 134.) Notum autem est poetam hoc uerbo significare non solum id quod est infans, sed omnino id quod est stultum (cf. *B* 38. *E* 406. *H* 401. *α* 8 cett.) uel debile (*Λ* 561): eadem ui legitur in VII 169, sed in soluto oraculi responso. Sensu primario uox nunquam, ne apud scriptores quidem, uidetur

prorsus obsoleuisse. Cf. (Plat.) Axioch. p. 366 C. 367 A. Theophr. Hist. Plant. VIII 1, 7. Polyb. IV 20, 8. V 29, 2. Diod. Sic. I 74. Plut. Mor. p. 162 B. Luc. Halc. 5. Anach. 20. *νηπιότης* = pueritia Plat. Legg. VII p. 808 E (= stultitia Luc. Halc. 3). *νηπιόφρων* Strab. I p. 37.

διζυρός. IX 82 *ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων ἦλθεν ἐς ἡμέας οὕτω διζυρὴν ἔχοντας ἀπαιρησόμενος*. Uerba sunt Pausaniae. Cf. *Α* 417. *Γ* 112. *Ν* 569. *Ρ* 446. *γ* 95. *δ* 197. *ε* 105. *θ* 540. *λ* 182 = *ν* 337. Apud Atticos certum est uerbum fuisse poeticum, de usu Ionico licet fortasse dubitare.

οὖλος. VII 70 *οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ ἡλίου Αἰθίοπες ἰθύτριχές εἰσιν, οἱ δὲ ἐκ τῆς Λιβύης οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων*. Apparet uocabulum significare id quod densum et crispum est (wollig): quam notionem id saepe etiam apud Homerum habere, ita tamen ut densi magis quam crispi uis prematur, notum est. Cf. *Κ* 134. *Π* 224. (*Ρ* 756, 759). *Ω* 646. *δ* 50, 299. *ζ* 231 = *ψ* 158 (*οὔλας κόμας*). *η* 338. *κ* 451. *ρ* 89. *τ* 225 cett. *οὐλοκάρηνος* denso capillo *τ* 246. Aliis locis *οὖλος* uidetur ostendere aut id quod totus aut id quod perniciosus: sed haec longe aliena sunt uerba, plane diuersae originis. Cf. Gust. Meyer., Gramm. Graec. §§. 73, 221. Quae quidem concedo fuisse Ionica tantum uel poetica: sed eo sensu qui est crispus uocabulum *οὖλος* ab ipsis scriptoribus Atticis usurpatum est. Cf. Arist. Hist. An. VIII 10. Theophr. Hist. Plant. III 9, 6, 8. Diod. Sic. III 8. Idem etiam apud Hippocratem est usitatum (*ἔριον οὖλον*). Noster utitur, ut hoc addam, etiam composito *οὐλόθριξ* in II 104 *αὐτὸς δὲ εἴκασα* (sc. *Αἰγυπτίους εἶναι τοὺς Κόλχους*) *τῇδε καὶ ὅτι μελάγχροές εἰσι καὶ οὐλότριχες*. Cf. *οὐλότριχος* Arist. Hist. An. IX, 44. Geop. X 1, 9, *οὐλοτριχέω* Strab. XV p. 690, 696. Nec minus cum Herodoteo *ἰθύθριξ*, quod apud Hippocratem quoque legitur, comparari potest *εὐθύθριξ* ap. Arist. de gen. an. V 3 uel *εὐθύτριχος* in Hist. An. IX 44. Haec igitur omnia non sunt poetica.

οὐρανομήκης. II 138 *τῇ δὲ καὶ τῇ τῆς ὁδοῦ δένδρεα οὐρανομήκεα πέφυκε*. Semel legitur apud Homerum, in *ε* 239 (*ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκειν,*) *κλήθρη τ' αἴγειρός τ', ἐλάτη τ'*

ἦν οὐρανομήκης. Hyperbolam utroque loco eandem agnoscimus. Num uero Herodotus cum scriberet uerba laudata memor fuerit uersus Homerici, non possum non dubitare. Uerbum inuenies etiam in Aesch. Ag. 92. Ar. Nubb. 356, 458. Isocr. XV 134. (Arist. Rhet. III 7, 4), in quibus nullam puto statuendam esse imitationem Homericam. Recentiora exempla afferre non curo.

Quamquam laudo Hoferum, quod omisit uerbum
* ὀψίγονος, id tamen hoc loco insero, quippe quod poeticum esse Steinius affirmarit in adnotatione ad VII 3 οὕτω νομίζεσθαι, ἢν οἱ μὲν προγεγονότες ἔωσι πρὶν ἢ τὸν πατέρα σφέων βασιλεῦσαι, ὁ δὲ βασιλεύοντι ὀψίγονος ἐπιγένηται, τοῦ ἐπιγενομένου τὴν ἔκδεξιν τῆς βασιληίης γίγνεσθαι. (Uerba Demarati in oratione obliqua). Recte ille quidem uir doctus monuit „Für den Sinn hätte schon ἐπιγένηται genügt", sed tamen animaduertundum est ὀψίγονος non idem esse quod ἐπιγενόμενος. Cum enim liceret loqui de altero filio maiore, altero minore, Herodoto — respicienti ad Darei progeniem — placuit ponere complures filios maiores natu, quibus unus tum demum agnatus esset, cum pater regnum teneret et grandior iam esset natu. Nam hanc esse uim uocabuli apparet cum e loco Herodoteo tum ex hymn. Cer. 219 seq.

παῖδα δέ μοι τρέφε τόνδε, τὸν ὀψίγονον καὶ ἄελπτον
ὤπασαν ἀθάνατοι, πολυάρητος δέ μοί ἐστιν.

Cf. u. 165. In Iliade et Odyssea ὀψίγονος semper unum quem e posteris, plerumque in plurali posteros, significat, cf. Γ 353. Η 87. Π 31. α 302: quem usum etiam recentiores poetae sunt secuti (ut Ap. Rhod. I 1062). Apud alios poetas uerbum ostendit uel infantem (Theocr. XXIV 31) uel adulescentem (Aesch. Suppl. 347). Itaque his notionibus id esse poeticum facile concesserim: illa autem ui quae est = spätgeboren (postumus) potest fuisse uolgare et quidam technicus, ut aiunt, terminus.

παλίντονος. VII 69 Ἀράβιοι δὲ ζειρὰς ὑπεζωσμένοι ἦσαν, τόξα δὲ παλίντονα εἶχον πρὸς δεξιά, μακρά. Cf. Θ 266. Κ 459. Π 443. φ 11. 59. Aesch. Cho. 154. Soph. Trach. 511. Apoll. Rhod. I 993. Uocabulum etiam Nostri aetate apud Iones saltem usitatum fuisse e l. l. ipso puto elucere: nam si iam uox tam

fuisset tum obscura quam posteris temporibus, ponere eam h. l. nullo modo potuit.

περιμήκης. I 186 *ἐτάμνετο λίθους περιμήκεας*. II 108 *τούς τέ οἱ λίθους τοὺς ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέος κομισθέντας ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρόν, ἐόντας μεγάθει περιμήκεας, οὗτοι ἦσαν οἱ ἑλκύσαντες*. 175 *κολοσσοὺς μεγάλους καὶ ἀνδρόσφιγγας περιμήκεας ἀνέθηκε*. VII 36 *συνθέντες δὲ* (sc. *τὰς νέας*) *ἀγκύρας κατῆκαν περιμήκεας*. Cf. *N* 63. *ι* 487. *κ* 293. *μ* 90. 251. 443. *ν* 107. 183. Significat autem uox apud Homerum id quod (per-)longum aut (per-)altum est, apud Nostrum id quod est permagnum seu ingens, ut notio eius facta sit amplior, uis aucta. Apud Atticos haud dubie uerbum fuit rarissimum (conferas tamen Luc. Dea. Syr. 28. Plut. Mor. p. 1077 E.), in dialecto Ionica id fuisse admodum uolgare ueri est simillimum.

πλωτός. II 156 *λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων εἶναι αὕτη ἡ νῆσος πλωτή. αὐτὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσαν οὔτε κινηθεῖσαν εἶδον· τέθηπα δὲ ἀκούων εἰ νῆσος ἀληθέως ἐστὶ πλωτή*. Post eadem uox ter repetitur. Apud Homerum semel inuenitur, in *κ* 3. Initium rhapsodiae hoc:

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἴολος Ἱπποτάδης, φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ· πᾶσαν δέ τέ μιν πέρι τεῖχος
χάλκεον ἄρρηκτον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη."

Schol. u. 3. *πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ*] ... *Ἄλλως ἐν πλεομένοις τόποις κειμένῃ· ὅτι εἰσὶ νῆσοι πλησίον ἠπείρου τὸ πρὸς τῇ ἠπείρῳ μέρος ἔχουσαι ὑφάλων πετρῶν πλήρες αἳ οὐ δύνανται περιπλέεσθαι. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος περιφορητῇ*·[1]) *οἰκειότερον γάρ φησι μὴ ἐρριζῶσθαι τῶν ἀνέμων νήσῳ*. Apparet locum Homericum ex loco Herodoteo esse interpretandum, cum per se non pateat utrum Aeoli insulam natantem sibi finxerit poeta an circum eam ob omni parte circumuehi posse naues dicere uoluerit. Quare illud quoque credo Herodotum aliunde quam ex Homero sumpsisse uocabulum *πλωτή*: praesertim cum quaecunque poetici coloris est uox totius loci laudati tenore respuatur. Contra Homerum potest imitatus esse Appollonius Rhodius a quo in

[1]) *Ἐμφερομένῃ* uel *φερομένῃ ὕδατι* nescio an aptius interpretaturi simus quam *περιφερομένῃ* (*περιφορητῇ*).

II 285 Strophades appellantur πλωταὶ νῆσοι. Ea ui quae est = natans (fluitans) uerbum positum est etiam ab (Arion.) Hymn. 4. Soph. fr. 678. Arist. Pol. I 11. Athen. I p. 4 C. Cf. Anthol. VI 14, 3. 23, 5. 180, 6. 296 4.

ποδηνεκής. I 195 ἐσθῆτι δὲ τοιῇδε χρῶνται, κιθῶνι ποδηνεκεῖ λινέῳ, καὶ ἐπὶ τοῦτον ἄλλον εἰρίνεον κιθῶνα ἐπενδύνει κτλ'. In Iliade idem ponitur de pelle leonis *K* 34 = 178 et de scuto *O* 646. Praeterea ποδηνεκὴς πέπλος scriptum est in Anthol. II 151. Saepius uocabulum non uidetur legi. Quodsi poeticum fuit, nescio quo consilio Herodotus id l. l. posuerit.

πρόκροσσος. IV 152 οἱ δὲ Σάμιοι τὴν δεκάτην τῶν ἐπικερδίων ἐξελόντες ἓξ τάλαντα ἐποιήσαντο χαλκήιον κρητῆρος Ἀργολικοῦ τρόπον· πέριξ δὲ αὐτοῦ γρυπῶν κεφαλαὶ πρόκοσσοί εἰσιν. VII 188 αἱ μὲν δὴ πρῶται τῶν νεῶν ὅρμεον πρὸς γῇ, ἄλλαι δ' ἐπ' ἐκείνῃσιν ἐπ' ἀγκυρέων· ἅτε γὰρ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐόντος οὐ μεγάλου, πρόκροσσαι ὁρμέοντο ἐς πόντον. Uno uerbum legitur loco Homerico qui Herodoteo alteri haud sane dissimilis est, *Ξ* 30 sqq.

πολλὸν γὰρ ἀπάνευθε μάχης εἰρύατο νῆες
θῖν' ἐφ ἁλὸς πολιῆς· τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε
εἴρυσαν, αὐτὰρ τεῖχος ἐπὶ πρύμνῃσιν ἔδειμαν.
οὐδὲ γὰρ οὐδ' εὐρύς περ ἐὼν ἐδυνήσατο πάσας
αἰγιαλὸς νῆας χαδέειν, στείνοντο δὲ λαοί.
35. τῷ ῥα προκρόσσας ἔρυσαν, καὶ πλῆσαν ἁπάσης
ἠιόνος στόμα μακρόν, ὅσον συνεέργαθον ἄκραι.

Sed quamuis id multi putent, non credo certum esse Herodotum cum narraret calamitatem classis Persarum, recordatum esse uersuum Homericorum: neque enim tam similes sunt loci, ut non potuerint reddi multo similiores, neque ego intellego, cur in re longe aliena descriptionem Homericam Noster uoluerit in memoriam reuocare legentium. Nec uero debuisse eum uocabulum πρόκροσσος ex Homero sumere ex altero illo loco perspicitur. Quod Herodotus altero loco dicit πρόκροσσαι, ut Homerus habet πρόκροσσας, cum priore scripserit κεφαλαὶ πρόκροσσοι, id quoque casu factum esse existimem.[1]) Notio adiectiui non-

[1]) Cf. locos Democriti et Oppiani infra laudatos.

dum, quantum uideo, est satis explicata. *Κρόσσα* uidetur esse id quod eminet (das Vorspringende), cf. *κόρρη* = *κόρση*, *κόρσα*, quae uox ualet non solum tempora sed totum caput, ut in uersu Empedoclis (Arist. de. an. III 6) *ᾗ πολλαὶ μὲν κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν*: itaque significat, ut uidetur, caput hominis, pinnam muri, nauis proram, scalae gradum (quoniam alter gradus ex altero quodammodo procurrit). *Γρυπὸς* igitur *κεφαλὴ πρόκροσσος* fuerit grypis caput eminente rostro (?), quod sane idem fere est ac grypis caput eminens (cf. Oppian. Hal. IV 606 *ἄκανθαι πρόκροσσαι*): *νέες πρόκροσσαι* sunt naues proris eminentibus. Uocabulum, ut fuit haud dubie uolgare, etiam Democritus usurpauit in uerbis *συνδέσεις οὐ περιφερεῖς ἀλλὰ πρόκροσσαι* (ap. Theophr. de sensu p. 42) ubi *πρόκροσσος* nihil aliud uidetur esse nisi angulatus (mit vorspringenden Ecken). Atque in uerbis Agathoclis quae sunt ap. Ath. I p. 30 B *πρόκροσσοι φερόμενοι ἐπὶ τὸν κίνδυνον* aptissime *πρόκροσσοι* intelleguntur praecipites. Quoniam recentioribus temporibus *κρόσσαι* fere uocantur fimbriae, etiam *πρόκροσσος* significasse id quod fimbriatum est (ueluti textum) nemo mirabitur. Cf. Poll. On. VII 52.

πρόςφατος. II 89 *λαμφθῆναι γάρ τινα φασὶ μισγόμενον νεκρῷ προςφάτῳ γυναικός*. 121 ε) *νεκροῦ προςφάτου ἀποταμόντα ἐν τῷ ὤμῳ τὴν χεῖρα ἰέναι αὐτὸν ἔχοντα αὐτὴν ὑπὸ τῷ ἱματίῳ*. Semel legitur apud Homerum, *Ω* 757 seqq.

νῦν δέ μοι ἑρσήεις καὶ πρόςφατος ἐν μεγάροισιν
κεῖσαι, τῷ ἴκελος ὅν τ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν.

Apparet *πρόςφατος* proprie significare integrum corpus eius qui nuper mortuus est: quod nisi ita esset, poetam puto facturum fuisse Priamum non *καὶ πρόςφατος*, sed *ὡς πρόςφατος* dicentem. Dubito autem an Homerus adiectiuum rettulerit nonnisi ad eum qui ui interfectus est: Herodotus id uidetur posuisse etiam de eo qui nescio quo morbo obiit. Quin etiam adeo uidetur euanuisse uis formae *φατὸς* primaria, ut *πρόςφατος* fere idem esset quod recens: qua significatione uocabulum saepius inuenitur et sine dubio fuit uolgare: debuit uolgare esse, si modo recte deriuatur a *φένω*, quia sic mutari et amplificari potuit notio

uerbi tantum modo usu sermonis communi. Cf. Hippocr. (*πρόςφατα ἄλφιτα, κρέα*). Lys. XVIII 19. Dem. p. 551, 15. (788, 22). Arist. Hist. An. I 15. III 1. Probl. XX 1. XXI 4. Meteor. I 14. Polyb. III 55, 1. Diod. III 1. Plut. Mor. p. 60 C cett. Poetarum locos plane omitto.

σχέτλιος. III 108 *ὅσα μὲν γὰρ ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐπιλίπῃ κατεσθιόμενα, ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἀνιηρά, ὀλιγόγονα.* 155 *ὦ σχετλιώτατε ἀνδρῶν, ἔργῳ τῷ αἰσχίστῳ οὔνομα τὸ κάλλιστον ἔθεν, φὰς διὰ τοὺς πολιορκεομένους σεωυτὸν ἀνηκέστως διαθεῖναι.* Uerba sunt Darei regis. VI 138 *νενόμισται ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα τὰ σχέτλια ἔργα πάντα Λήμνια καλεῖσθαι.* Uerbum usitatissimum esse apud Homerum, maxime iis notionibus quas habet etiam apud Nostrum = audax, improbus, scelestus, inter omnes constat. Sed dicitur fere de hominibus deisue solis, non de bestiis aut de facinoribus: nisi quod *σχέτλια ἔργα* appellantur in *ι* 295. *ξ* 83 (opp. *αἴσιμα ἔργα*). *χ* 413 (= *ἀτασθαλίαι*), cf. *ὕπνος σχέτλιος* (nefandus) *κ* 69. Ad homines autem referendum etiam a scriptoribus et oratoribus Atticis ponitur. Cf. Antiph. p. 147, 3. Andoc. p. 16, 24. Plat. Legg. X p. 903 C. Hipp. Mai. p. 289 E. Isocr. p. 103 A. Dem. p. 842, 1. 874, 15. Licet igitur hac ui non ita uolgaris fuerit haec uox, tamen non omnino certe fuit poetica. Atque etiam saepius legitur ad res reuocanda (= *δεινός*), ut in Antiph. p. 147, 13. Lys. XIII 93. Xen. An. VII 6, 30. Plat. Gorg. p. 467 B. Isocr. p. 127 D. 378 A. 390 D. Isae. p. 22, 30. Dem. p. 504, 29. (M. Antonin. I 15.)

τρόφις. IV 9 *ἐγὼ γὰρ ἐκ σεῦ τρεῖς παῖδας ἔχω· τούτους ἐπεὰν γένωνται τρόφιες, ὅ τι χρὴ ποιεῖν, ἐξηγέον σύ.* Uerba Echidnae: conferas e responso Heraclis illa *ἐπεὰν ἀνδρωθέντας ἴδῃ τοὺς παῖδας, τάδε ποιεῦσα οὐκ ἂν ἁμαρτάνοις.* Semel legitur apud Homerum *τρόφι κῦμα*, in *Λ* 307 (cf. *κύματα τροφόεντα* *Ο* 621, *γ* 290). Sed uidetur uocabulum fuisse apud Iones antiquitus usitatum, quoniam etiam apud Hippocratem extat. De significatione cf. Hesych. s. u. *τεθραμμένος, μέγας.* Cui in mentem non uenerit altum adiectiuum ab alendo esse deducendum?

ὑγιής = saluber (utilis, prudens). I 8 *δέσποτα, τίνα λέγεις λόγον οὐκ ὑγιᾶ, κελεύων με δέσποιναν τὴν ἐμὴν θεήσασθαι γυμνήν;* Uerba sunt Gygae. VI 100 *τῶν δὲ Ἐρετριῶν ἦν ἄρα οὐδὲν ὑγιὲς βούλευμα, οἳ μετεπέμποντο μὲν Ἀθηναίους, ἐφρόνεον δὲ διφασίας ἰδέας.* Ne hoc quidem uocabulum plus uno loco Homerico inuenitur: Θ 824 *μῦθος δ', ὃς μὲν νῦν ὑγιής, εἰρημένος ἔστω.* Saepius uel eadem ui metaphorica (potest etiam esse = sanus, *ἀληθής*) apud Atticos poetas scriptum uidetur et auctores: quo e numero laudo Thuc. III 75. IV 22. Lys. IX 4. Plat. Phaed. p. 69 B. 89 D. 90 C. Theaet. p. 179 D. 194 B. Phaedr. p. 242 E. Cratyl. p. 330 C. Gorg. p. 524 E. Rep. VI p. 496 C. IX p. 584 A. E. Legg. I p. 630 B. VI p. 776 E. Epist. II p. 310 C. VIII p. 355 E. Arist. Met. XIII 3. Dem. p. 307, 23. 1035, 1. 1133, 22. Polyb. IX 22, 10. Dion. Hal. Antt. V 42. Paus. X 17, 13. Plut. Cat. Min. 53. Otho 3. Luc. Demon. 17. Xen. Ephes. I 16.

Jam uero non possum non interponere

* *ὑπείροχος.* V 92 η) *ὑπετίθετο Θρασύβουλος τοὺς ὑπειρόχους τῶν ἀστῶν φονεύειν.* In oratione Soclis. Notus est uersus Iliadis *αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων* (Z 208 = Λ 784). Praeterea in hymn. XI 2 legitur *ὑπείροχον εἶδος.* Quod forma *ὑπέροχος* apud poetam non inuenitur, nemo est qui admiretur (⏑⏑⏑⏑). Sed apud Herodotum eam exspectes, praesertim cum idem scribat *Ὑπερόχη* IV 33, 35 et saepius ponat ui intransitiua *ὑπερέχειν*, ut V 92 ζ). VII 10 ε). Audaciae autem est nimiae affirmare ipsum uocabulum, quippe quod semel legatur in oratione apud Nostrum, esse poeticum: quare si quis scribere malet *τοὺς ὑπερόχους* (id quod ipse olim fecit Stein.), probabilis haec uidebitur emendatio.

ὑπόβρυχα. In VII 130 nunc dedit Steinius ex autoritate librorum plerorumque *ὥστε Θεσσαλίην πᾶσαν ἔξω τῶν ὀρέων ὑποβρυχέα γενέσθαι* (uerba Xerxis). Olim is quoque e codice R receperat *ὑπόβρυχα* et adnotarat "Reminiscenz aus Od. ε 319 *τὸν δ' ἄρ' ὑπόβρυχα θῆκε*": nunc satis habet dixisse *ὑπυβρυχής* uocabulum hic modo extare, aliis autem locis *ὑποβρύχιος* usurpari. Hoc sane adiectiuum non solum in hymno Hom. XXXIII 12, apud Apollon. Rhod. (II 1217, IV 1757), Oppianum (Hal.

I 49, V 159) aliosque poetas legitur, sed etiam apud ipsum Nostrum (I 189) Hipporatemque p. 279, 11. 963 H.), nec minus apud scriptores Atticos (cf. Plat. Phaedr., p. 248 A. Polyb. I 37, 2. Strab. XV p. 722. Plut. Crass. 19. Luc. Tim. 3. Dipsad 3. Athen. VIII p. 338. Paus. IV 20, 4. Aretae. p. 19, 17. 27, 41. 61, 53), ut uox fuisse uere uolgaris uideatur. Contra *ὑπόβρυχα* forma (quam ne Homerus quidem plus uno illo loco posuit), sublato exemplo Herodoteo, apud poetas modo inuenies Homeri imitatores, ut ap. Arat. 426. Quint. Smyrn. XIII 485. XIV 618. Opp. Hal. I 145. III 599. IV 39.

His iam pauca addam de

ADUERBIIS.

ἀμαχητί. I 174 *Ἁρπάγῳ ἐπιόντι σὺν τῷ στρατῷ ἀμαχητὶ σφέας αὐτοὺς παρέδοσαν.* II 102 *ὅτεων δὲ ἀμαχητὶ καὶ εὐπετέως παρέλαβε τὰς πόλις, τούτοισι κτλ'.* III 13 *οἱ δὲ προσεχεῖς Λίβυες δείσαντες τὰ περὶ τὴν Αἴγυπτον γεγονότα παρέδοσαν σφέας αὐτοὺς ἀμαχητί.* Cf. IV 11, 93. V 95. VII 235 (uerba Demarati). IX 2. Semel uerbum posuit Homerus, in *Φ* 437 *τὸ μὲν αἴσχιον, αἴ κ' ἀμαχητί ἴομεν Οὔλυμπονδε).* Uerbum uidetur fuisse recentius, sed non fuit poeticum. Cf. Xen. An. IV 2, 15 (ubi *ἀμαχεὶ* legit Rehdantz.).

* *ἀμβολάδην.* IV 181 *ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμὸν ἐς μέσας νύκτας πελάζει, τηνικαῦτα δὲ ζεῖ ἀμβολάδην.* Adnotauit Steinius: „Nach. Il. *φ* 362 *λέβης ζεῖ ἔνδον, ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ . . Πάντοθεν ἀμβολάδην.* Curtius IV 7 von derselben Quelle feruide exaestuat.“ Alia significatione Pindarus posuit aduerbium Nem. X 3: praeterea nusquam legitur. Poeticum id esse omnes, quod uideam, putant: ego dubito, quia neque e forma (pro *ἀναβολάδην*) quidquam colligi potest neque locus Herodoteus satis commodus uidetur ornamento poetico.

βάδην. IX 57 *ἀναλαβόντα τὸν λόχον τὰ ὅπλα ἦγε βάδην πρὸς τὸ ἄλλο στῖφος.* Semel id quoque legitur apud Homerum, *N* 516 *τοῦ δὲ βάδην ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.* Miror hoc tantum, quod Herodotus non saepius posuit aduerbium: nam postea satis erat usitatum. Cf. Xen. An. IV 6, 25 (26).

8, 28. V 4, 23. VI 5, 25. Hell. V 4, 53. Cyr. II 2, 30. III 3, 62. Ael. Hist. An. XI 16. Luc. pro Imag. 18. Itaque recordatum esse Herodotum loci Homerici haud ita uerisimile est.

* *διακριδόν.* IV 53 *νόμας τε καλλίστας καὶ εὐκομιδεστάτας κτήνεσι παρέχεται καὶ ἰχθύας τε ἀρίστους διακριδὸν καὶ πλείστους.* Steinii est adnotatio: "*ἀρίστους διακριδόν*, nach Il. *μ* 103 *εἴσαντο διακριδὸν εἶναι ἄριστοι.*" Quod dictum est de Glauco et Asteropaeo. Similiter de Ioue *O* 107 sq. *φησὶν γὰρ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν κάρτει τε σθένεΐ τε διακριδὸν εἶναι ἄριστος.* Quem usum imitati sunt poetae Anthologiae. Paullo aliter Luc. Am. 3 *λιπαραὶ παλαῖστραι μέλουσί σοι καὶ φαιδρὰ μὲν ἐσθὴς μέχρι ποδῶν τὴν τρυφὴν καθειμένη, διακριδὸν δ' ἠσκημένης κόμης ἐπιμέλεια.* Herodotum, cum de piscibus narraret, cur usum esse putemus locutione poetica, non intellego (nisi forte eum iocatum esse statuemus sqamigerum genus Borystheneitarum cum dis heroibusque comparando).

Insero aduerbia duo quae Hoferos hoc loco afferre non curauit.

(?) * *ἔνι.* V 31 *λέγει πρὸς τὸν Ἀρταφρένεα ὡς Νάξος εἴη νῆσος μεγάθει μὲν οὐ μεγάλη, ἄλλως δὲ καλή τε καὶ ἀγαθὴ καὶ ἀγχοῦ Ἰωνίης, χρήματα δὲ ἔνι πολλὰ καὶ ἀνδράποδα.* Steiniius haec adnotat: "*ἔνι* nach epischer Weise = *ἔνεστι* (I 181, 183, 207. II 155, 156. VII 112), wie *μέτα* (VII 157), *πάρα* (c. 106. VIII 68 *β*). Bei Attikern nur noch impersonal [= fieri potest]." Ambigua sunt prima uiri docti uerba. Quodsi dicere uoluit imitatum esse Herodotum in usu uocis *ἔνι* poetarum sermonem, hoc uel ipso exemplorum numero puto improbari. (Cf. Conferas tamen *Ξ* 141. *Σ* 53. *Υ* 248. *ι* 126. *σ* 355. *φ* 288). Atque etiam *μέτα* et *πάρα*, quamquam rarius inueniuntur, volgaria etiamtum fuisse puto propter similitudinem Ceterum quod de his uerbis ago hoc loco, neminem spero uituperaturum esse, nam quod uerbalem plane uim acceperunt, hoc quodam ellipseos genere factum est De accentu ambigo.

* *ἦ δή* = iam profecto. V 92 *α*) *ἦ δὴ ὅ τε οὐρανος ἔσται ἔνερθε τῆς γῆς κτλ'.* Incipit oratio Soclis Corinthii. Steinii etiam hic appono uerba: "*ἦ δή*, Homerisch. Il. *α* 571 *ἦ δὴ*

λοίγια ἔργα τάδ' ἔσσεται οὐδ' ἔτ' ἀνεκτά. II 14 ἦ γὰρ δή, VI 50 ἦ δὴ νῦν." A postremis uerbis Cleomenes orditur in responso: sed in II 14, in disputatione de Nili inundationibus, quid sibi uelit poetica locutio non possum perspicere. Itaque etiam hoc fortasse e sermone cotidiano fuit.

κοίῃ. I 130 κοίῃ δὴ κρίνεις Τέλλον εἶναι ὀλβιώτατον; Omnino non est aduerbium ποίῃ eo loco Homerico qui laudatur, π 222 sq.

ποίῃ γὰρ νῦν δεῦρο, πάτερ φίλε, νηί σε ναῦται
ἤγαγον εἰς Ἰθάκην; τίνες ἔμμεναι εὐχετόωνται;

Sed hoc apparet ποίῃ h. l. positum esse pro simplici τίνι, ut apud Herodotum κοίῃ scriptum est pro τίνι (αἰτίῃ), κῇ. Conferas ea quae adnotauit Steinius.

* De μέτα uide s. u. ἔνι. VII 157 μοῖρά τοι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστη μέτα uerba sunt legatorum Lacedaemoniorum. Cf. I 88 οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ ἔστι τούτων μέτα, uerba Croesi. 171 τούτοισι μὲν δὴ μέτεστιν, ὅσοι δὲ ἐόντες ἄλλου ἔθνεος ὁμόγλωσσοι τοῖσι Καρσὶν ἐγένοντο, τούτοισι δὲ οὐ μέτα, auctoris. Φ 93 (semel apud Homerum).

(ὅσον τ' ἐπὶ = beiläufig.) IV 62 φρυγάνων φάκελοι συννενέαται ὅσον τ' ἐπὶ σταδίους τρεῖς μῆκος καὶ εὖρος, ὕψος δὲ ἔλασσον. Hoc non apte puto attulisse Hoferum. Primum enim exempla Homerica plane alius generis sunt. Concedo in ν 113

ἡ μὲν ἔπειτα
ἠπείρῳ ἐπέκελσεν, ὅσον τ' ἐπὶ ἥμισυ πάσης,
σπερχομένη,

ἥμισυ posse esse accusatiuum cum ἐπὶ coniunctum: quod in Φ 250 legitur

Πηλείδης ἀπόρουσεν ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωή,

apertum est ὅσον τ' ἐπὶ positum esse pro (ἐπὶ) τόσον ἐπὶ ὅσον (τε) et supplendum esse uerbum γίγνεται. Cf. Ο 358. Γ 12. Κ 351. (ε 251. Ε 772). Quare eandem explicandi rationem etiam ad ν 113 adhibuerim (suppl. ἔπλετο). Deinde ut in Graeco ὅσον τ' ἐπὶ nullum est aduerbium: ita ne nos quidem id aduerbio exprimere debemus. Nam ἐπὶ iuxta accusatiuum spatii non id significat quod Latinorum ad uel circiter, sed idem quod nostrum bis

zu (nec plus nec minus tribus stadiis). Atque etiam ὅσον τ' constat esse non quantum fere, sed quantum simpliciter.[1]) Itaque cum scribit Herodotus φάκελοι συννενέαται ὅσον τ' ἐπὶ σταδίους τρεῖς μῆκος καὶ εὖρος, hoc intellegit φάκελοι συννενέαται ἐπὶ σταδίους τρεῖς μῆκος καὶ εὖρος: fasces congesti sunt, quoad acerbus factus est longus III stadia in utrumque latus. Denique haec quaedam pleonastica dicendi ratio apud Nostrum adeo est usitata, ut uel inde appareat e communi sermonis consuetudine eam esse sumptam. Cf. I 174. II 92. III 5, 30. IX 57. (Sine ἐπὶ II 78. 96. 99. VIII 55).

οὐ μάλα. VI 3 τὴν μὲν γενομένην αὐτοῖσιν αἰτίην οὐ μάλα ἐξέφαινεν, ὁ δὲ ἔλεγέ σφιν κτλ'. Putant οὐ μάλα h. l. esse = nequaquam (ganz und garnicht) conferuntque illud μάλ' οὐ, quod apud Homerum est usitatum (B 241 cett.). Sed οὐ μάλα etiam duobus locis Herodoteis legitur ea ui quae est = haud sane, nicht eben, freilich nicht. I 93 θαύματα δὲ γῇ ἡ Λυδίη ἐς συγγραφὴν οὐ μάλα ἔχει. VII 50 τοῖσι τοίνυν βουλομένοισι ποιεῖν ὡς τὸ ἐπίπαν φιλεῖ γίγνεσθαι τὰ κέρδεα, τοῖσι δὲ ἐπιλεγομένοισί τε πάντα καὶ ὀκνέουσιν οὐ μάλα ἐθέλει (uerba Xerxis). Quodsi uerba in VI 3 ironice dicta statuemus esse, aptissime οὐ μάλα plane eadem ui positum esse uidebitur. Aliter comparata sunt ea quae Steinius laudauit ex Aesch. Pers. 382.

* De πάρα uide s. u. ἔνι. V 106 τῷ πάρα μὲν πάντα ὅσα περ σοί uerba Histiaei sunt, VIII 68 β) οὔτε γὰρ σῖτος

1) Hoc contra eos dico qui interpretentur ὅσον τ' ἐπὶ σταδίους τρεῖς μῆκος καὶ εὖρος per τόσον ὅσον ἐπὶ σταδίους τρεῖς κτλ': in solcher, uel, quod malunt, ungefähr in solcher Ausdehnung, dass es drei Stadien in Länge und Breite sind. Nescio autem an melius sit explicare haec similiter atque alibi conatus sum explicare locutiones tales quales sunt μύριοι ὅσοι, ἄφθονοι ὅσοι. Itaque uerba Herodoti eodem sensu sic potuerint conformari φρυγάνων φάκελοι συννενέαται ἐπὶ σταδίους τρεῖς μῆκος καὶ εὖρος ὅσον τε (bis zu drei Stadien in Länge und Breite, wieviel es ist). Statuo igitur merum pleonasmum, non περίφρασιν. Mira sunt in his tantummodo genus et numerus pronimis: nam exspectes aut ὅσα τε = quanta sunt (sc. μῆκος καὶ εὖρος) aut ὅσοι τε = quot sunt (sc. στάδιοι). Ut in II 78 μέγαθος ὅσον τε πηχυαῖον ἢ δίπηχυν potest ὅσον τε ad ipsum μέγαθος referri. Cf. VIII 55 ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα (?).

πάρα σφιν ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ Artemisiae. Cf. I 42 *οὔτε γὰρ συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένον οἰκός ἐστιν ἐς ὁμήλικας εὖ πρήσσοντας ἰέναι, οὔτε τὸ βούλεσθαι πάρα* (Adresti). VII 12 *οὔτε ὦν μεταβουλευόμενος ποιεῖς εὖ, οὔτε ὁ συγγνωσόμενός τοι πάρα* (loquitur homo in somnio uisus). Mirum sane quod *πάρα* semper in orationibus extat, cum *ἔνι*, quantum uideo, semel in oratione (Croesi I 207) sit positum, sexies in uerbis auctoris: de *μέτα* uideas supra. Sed uereor ex hac re quidquam concludere. Cf. *Ε* 603. *Τ* 148. *γ* 324 (*πάρ* *Ι* 43).

Postremo loco addo quod item Hoferus praetermisit

* *πέρι*. III 50 *τέλος δέ μιν πέρι θυμῷ ἐχόμενος ὁ Περίανδρος ἐξελαύνει ἐκ τῶν οἰκίων.* Ad quae Steinius: "*πέρι θυμῷ ἐχόμενος*, impotenti ira accensus. Das adverbiale *πέρι* „überaus" gehört der epischen Diction an und findet sich bei H. nur hier." Cf. *Θ* 161. *Ι* 53, 100. *Κ* 244. *Ν* 554, 727. *Π* 186. *α* 66. *β* 116. *γ* 95, 112. *δ* 722. *η* 110. *θ* 44, 281. *μ* 279. Sed nescio quo pacto posuisse uidetur uocem Homericam, non posuit certo consilio.

DE PRONOMINIBUS

quoniam id quod Hoferus p. 16 monet de usu indefiniti ad syntaxim mihi uidetur pertinere, nihil est quod disputem. Itaque de

VERBIS

quaestio iam instituenda est. Ordior ab eo uerbo quod Hoferus in tabula sua non posuit

* *ἀγοράομαι*. VI 11 *μετὰ δὲ τῶν Ἰώνων συλλεχθέντων ἐς τὴν Λάδην ἐγίγνοντο ἀγοραί, καὶ δή κού σφι καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο, ἐν δὲ δὴ καὶ ὁ Φωκαιεὺς στρατηγὸς Διονύσιος λέγων τάδε.* Ad quae Steinius haec: "*ἠγορόωντο*, episches Wort in epischer Form, wegen des verwandten *ἀγοραί* und mit ironischem Rückblick auf Stellen wie Il. *δ* 1 *οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο.* Gemächliche Redseligkeit, der Nationalfehler der Ioner (vergl. III 46), geziemte ihrer damaligen Lage am wenigsten." Fateor haec nonnihil habere probabilitatis. Quodsi Herodotus eo consilio ibi posuit uocem formamque poeticam, ut eleganter derideret Ionum loquacitatem, a nostro proposito hic locus

est alienus: neque enim coloris poetici quidquam inest, neque eo demonstratur orationem suam distinguere Nostrum studuisse ornamentis Homericis.

* ἀιστόω: III 69 εὖ εἰδέναι ὡς ἀιστώσει μιν (uerba Phaedymae in oratione obliqua). 127 δύο ἡμέων ἠίστωσε, Μιτροβάτεα καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ (loquitur Dareus). Bis legitur in Odyssea, κ 259. υ 79. Cf. Pind. Pyth. III 37. Aesch. Prom. 235. Soph. Ai. 515. Plat. Prot. p. 321 A. Esse hoc uerbum apud Herodotum poeticum non praefracte nego, affirmare dubito.

ἀμύσσω. III 76 ἐφάνη ἰρήκων ἑπτὰ ζεύγεα δύο αἰγυπιῶν ζεύγεα διώκοντα καὶ τίλλοντά τε καὶ ἀμύσσοντα. 108 ὁ δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους ἀμύσσει τὰς μήτρας. Propria ui semel legitur apud Homerum Τ 284 (στήθεα χερσίν, cf. Anthol. VII 218, 11), semel metaphorice Α 243 (θυμὸν ἀμύξεις χωόμενος). Hic fortasse usus est poeticus (cf. Aesch. Pers. 115, 161. Aeschin. Epist. 12): illa notione uox fuit uolgaris. Licet enim apud Atticos nonnisi recentiores ita legatur, ut ap. Plut. et Luc. (Luct. 16): medicos (Hippocr.?) cum ἀμύσσειν dicerent pro σχάζειν (schröpfen) apertum est uerbum sumpsisse e sermone cotidiano. Cf. etiam ἄμυγμα Soph. Ai. 634. Eur. Andr. 826. ἀμυγμὸς Aesch. Choe. 24. ἀμυκτικὸς Plut. Conuiu. 2, 9. Ἄμυκλαι?[1])

ἀμφιπολεύω. II 56 δουλεύουσα αὐτόθι ἱδρύσασθαι ὑπὸ φηγῷ πεφυκυίῃ ἱρὸν Διός, ὥσπερ ἦν οἰκὸς ἀμφιπολεύουσαν ἐν Θήβῃσιν ἱρὸν Διός. Similiter uerbum positum est ω 244 (ὄρχατον hortum), paullo aliter comparati sunt loci σ 254 = τ 127 (βιόν ἀμφ. uitam tueri, seruare, cf. Hes. Opp. 803): cum datiuo uerbum coniunctum (?) est in υ 78 (= seruire). In Iliade non (nondum?) legitur. Puto aut ipsam uocem aut certe eam locutionem quae est ἱρὸν ἀμφιπολεύειν (ex usu sacro) Nostri aetate apud Iones fuisse uolgarem. Cf. πρόπολος = Tempeldiener, -dienerin II 63. Ar. Nubb. 436. Ran. 1353 cett. προπολεύω Phot. 457, 19.

[1]) Gust. Meyer, Gr. Gr. §. 98 (de α ante μ prothetico): ἀμύσσω kratze ἀμυκαλαί· αἱ ἀκίδες τῶν βελῶν Hes.: lt. mucro.

ἀνακλίνω = aperio. V 16 *ὅταν τὴν θύρην τὴν καταπακτὴν ἀνακλίνῃ*. Cf. κ 155 sq. *θαλάμοιο θύρην πυκινῶς ἀραρυῖαν κάλλιπον ἀγκλίνας*. Simile aliquid habes in *E* 751 = *Θ* 395 (λ 525). Sed *θύρην ἀνακλίνειν* haud dubie tam uolgare fuit quam *θύρην ἐπιτιθέναι*: quamquam ne huius quidem locutionis alia noui exempla nisi Homerica. Cf. *Ξ* 169. χ 157 (*E* 751 = *Θ* 395. λ 525): idem antiquitus significat nostratium „die Thür anlehnen". Neque plane alienum ζ 19 *θύραι δ' ἐπέκειντο φαειναί*, sc. *θαλάμῳ*. Cf. Theogn. 421 *θύραι γλώσσῃ ἐπίκεινται*.

* *ἀνακοντίζω*. IV 181 *ἐν κορυφῇσιν ἑκάστου τοῦ κολωνοῦ ἀνακοντίζει ἐκ μέσου τοῦ ἁλὸς ὕδωρ ψυχρὸν καὶ γλυκύ*. Adnotauit Steinius: „*ἀνακοντίζει* „schiesst empor", nach Il. ε 113 *αἷμα δ' ἀνηκόντιζε διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος*." Nisi quod uerbum aliis locis non legitur, nihil est cur in eandem sententiam discedere uelimus. Nam talis tropus optime etiam in sermone uolgari poterat usurpari.

ἀναπείρω. IV 94 *ἢν μὲν δὴ ἀποθάνῃ ἀναπαρείς, τοῖσι δὲ ἵλεος ὁ θεὸς δοκεῖ εἶναι*. 103 *ἀποταμὼν ἕκαστος κεφαλὴν ἀποφέρεται ἐς τὰ οἰκία, ἔπειτα ἐπὶ ξύλου μεγάλου ἀναπείρας ἱστᾷ ὑπὲρ τῆς οἰκίης*. Semel legitur apud Homerum, *B* 426. Sed cf. Ar. Ach. 796, 1007. (Mach. ap. Athen. VIII p. 349 C). Uerbum esse poeticum mihi nondum est persuasum.

Iam inseram uerba duo quae omisit Hoferus.

(?) * *ἀνέχω* = emergo. VIII 8 *λέγεται γὰρ ὡς ἐξ Ἀφετέων δὺς ἐς τὴν θάλασσαν οὐ πρότερον ἀνέσχε πρὶν ἢ ἀπίκετο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον*. Contulit Steinius ε 319 sq. *οὐδ' ἐδυνάσθη αἶψα μάλ' ἀνσχεθέειν μεγάλου ἐπὶ κύματος ὁρμῆς*, fortasse ut demonstraret uerba Herodoti esse ex imitatione Homerica comparata. Quod tamen mihi non probatur. Nempe uidemus etiam futurum *ἀνασχήσω* intransitiue = *ἀναβλαστήσω* (werde erwachsen) positum esse in V 106. VII 14. Ac siue id futurum esse putas uerbi *ἀνίσχω*, quod ui intransitiua ut apud Atticos ita apud Nostrum est usitatum (cf. III 98. IV 40. 116. VII 54), nihil impedit quominus aoristum *ἀνέσχε* ab eadem praesentis forma deducamus: siue futurum est uerbi *ἀνέχειν*, eodem iure eiusdem uerbi aoristus intransitiue potuit poni. Cf.

Soph. Trach. 203. Plat. Conu. p. 220 D. Neue in eo offendas quod nos modo dicimus „erwachsen" modo „emportauchen", ἀνέχειν semper est ἀνέχειν (emporkommen, aufsteigen), non mutatur uis uerbi ullo modo, sed nos tropos orationis mutamus uertendo. Ceterum ἀνέχειν nonnunquam etiam apud Atticos intransitiua notione est usurpatum, ut in Soph. O. R. 174. Xen. Cyn. 6, 13. Cf. ἀνέχω = emineo, promineo, hervorragen, sich erheben, sich erstrecken (quod tamen referri ad motum proprie non possit) in II 29. VII 123. *P* 310. Thuc. I 46, 4. IV 53, 3. VII 34, 2. (Plut. Marcell. 29).

* ἀντάω. I 114 κατελθὼν δὲ ἐς πόλιν πρὸς τὸν πατέρα ἀποικτίζετο τῶν ὑπὸ Κύρου ἤντησε. II 119 καὶ ξεινίων ἤντησε μεγάλων καὶ Ἑλένην ἀπαθέα κακῶν ἀπέλαβε. Adnotauit Steinius ad locum priorem: „ἤντησε poet. = ἐκύρησε (c. 30), ἔτυχε" contulitque γ 44 δαίτης ἠντήσατε. Cf. *H* 158, γ 97 = 327 (= ϱ 44). Sed apud Homerum uerbum semper de ea ponitur re quam quis assequi uolt, etiam in *H* 158 (cf. nostrum „kommen zu"). Uide Opp. Hal. IV 217 ἀντᾶν ἀμοιβῆς (contra Pind. Ol. X (XI) 49 ἁλώσιος ἀντᾶν). Fortasse igitur ex I 114 colligere licet uerbum etiam post Homerum in usu Ionum fuisse uolgari. Nam apud Atticos hac notione certe est poeticum (cf. Aesch. Suppl. 36. Soph. Ant. 982).

ἀπαράσσω = herunter schmettern. V 112 ἐνθαῦτα ὁ Κὰρ δρεπάνῳ πλήξας ἀπαράσσει τοῦ ἵππου τοὺς πόδας (decussit). VIII 90 ἅτε δὴ ἐόντες ἀκοντισταὶ οἱ Σαμοθρήικες τοὺς ἐπιβάτας ἀπὸ τῆς καταδυσάσης νεὸς βάλλοντες ἀπήραξαν (deturbauerunt). Cf. *N* 577. *Ξ* 497. *Π* 116. Soph. Trach. 1015. Uerbum est magni ponderis, nec uero poeticum tantum. Cf. Thuc. VII 63. Similiter Noster καταράσσω (simplex non ponit) usurpauit, quod apud Homerum omnino non legitur: IX 69 τοὺς δὲ λοιποὺς κατήραξαν διώκοντες ἐς τὸν Κιθαιρῶνα. Cf. Thuc. VII 6. Dem. p. 675, 19. Dion. Hal. Antt. IX. 58. Plut. Fab. 8. Arrian. An. V 17, 4.

* βούλομαι = malo. III 40 καί κως βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι τὸ μέν τι εὐτυχεῖν τῶν πρηγμάτων τὸ δὲ προσπταίειν, καὶ οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων ἢ εὐτυχεῖν τὰ πάντα. De quibus Steinius: „Dass sich an βού-

λομαι ἢ εὐτυχεῖν anschliesst, als stände *μᾶλλον βούλομαι*, ist homerischer Gebrauch; Il. *α* 117 *βούλομ' ἐγὼ λαὸν σοὸν ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι*". Confert IX 26 *δίκαιον ἡμέας ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας ἤ περ Ἀθηναίους*, ubi *ἢ* interpretatur per „eher als", sed orationem quadam anacoluthia effectam esse dicit. Hunc tamen locum omitto: *βούλεσθαι* autem saepissime significare id quod malle notissimum est (cf. praeter l. l. *Α* 319. *Ρ* 331. *Ψ* 594. *γ* 232. *λ* 489. *μ* 350. *π* 106. *ϱ* 81), atque etiam ita ut omnino non sequatur *ἢ* (cf. *Α* 112. *π* 88): quin etiam dicitur *πολὺ βούλομαι* (cf. *Α* 112. *ϱ* 404). Contra *μᾶλλον*, quod uideam, nusquam apponitur. Quare iis ego assentiar qui uim comparatiuam primitus putent positam esse in uerbo ipso. Atque hanc uim ne Herodoti quidem temporibus plane extinctam esse nemo mirabitur, quoniam hic usus apud Atticos ipsos haud raro inuenitur. Cf. Plat. Alc. II p. 151 A. Mittamus uero in hac re imitationem Homericam.

δατέομαι. I 216 *τῶν θεῶν τῷ ταχίστῳ πάντων τῶν θνητῶν τὸ τάχιστον δατέονται*, attribuunt. Apud Homerum uerbum est = distribuere, dispertire, neque unquam apponitur datiuus. Cf. *Ι* 138 = 280. *Σ* 264. *Ψ* 121, dissecare *α* 112, dilacerare *Υ* 394. Quare nescio an non nimis audacis sit statuere Herodotum uerbum sumpsisse e uolgari potius sermone quam ex Homerico. Quamquam in prosa oratione alibi non legitur.

Omissum ab Hofero, quod is quidem omittere non debuit:
* *δεδάηκα* = noui. II 165 *καὶ τούτων βαναυσίης οὐδεὶς δεδάηκεν οὐδέν, ἀλλ' ἀνέωνται ἐς τὸ μάχιμον.* Steinius: „*δέδαηκε* poet., = *μεμάθηκε*." Cf. *β* 61. *θ* 134. *ϱ* 519. In Iliade perfecti forma, quod sciam, non extat, ut ea recentiore aetate comformata esse uideatur. Atque cum loco Herodoteo nihil aliud reperiatur quod colore poetico adornatum sit, de uerbi *δεδάηκα* apud Nostrum usu licet fortasse dubitare. Quamquam apud alios scriptores non uidetur legi.

διέπω = administrare (leiten, verrichten). III 53 *δυνατὸς τὰ πρήγματα ἐπορᾶν τε καὶ διέπειν.* V 22 *οἱ τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα Ἑλληνοδίκαι οὕτω ἔγνωσαν εἶναι.* VI 107 *καί οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως ἢ ὡς ἐώθει.* IX 76 *ὁρῶσα δὲ πάντα ἐκεῖνα διέποντα Παυσα-*

νίην. Cf. Α 166. Λ 706. μ 16. (Paullo aliter στρατὸν διέπειν Β 207, ἀνέρας σκηπανίῳ Ω 247). Pind. Ol. VI. 93. Nem. X 53. Aesch. Pers. 97. Sed uerbum non esse poeticum ex ipso Herodoto intellegimus. Conferas etiam (Arist.) de mund. VI, 15. Plut. Lyc. 3. Pericl. 13.

δίζημαι = quaero, perscrutor, studeo, cupio, postulo (suche, untersuche, ersuche). I 67 ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἀπεῖχον τῆς ἐξευρέσιος οὐδὲν ἔλασσον, πάντα διζήμενοι. 94 καὶ τοὺς Λυδοὺς τέως μὲν διάγειν λιπαρέοντας, μετὰ δὲ ὡς οὐ παύεσθαι, ἄκεα δίζησθαι. 139 ἐς τοῦτο διζήμενος εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα. 214 Τόμυρις ἐδίζητο ἐν τοῖσι τεθνεῶσι τῶν Περσέων τὸν Κύρου νέκυν. Cf. II 38. III 53. IV 9. 30. 139. 147. VII 142. Cum infinitiuo II 66. 147. V 92. Cum accusatiuo c. inf. VII 103. Regens interrogationem obliquam III 41. IV 151. Apud Homerum uerbum est = quaerere, appetere, neque aliud inde pendere potest nisi accusatiuus. Cf. Δ 88. Ν 760. Ρ 221. α 261. λ 100. π 239. 391 = φ 161. ψ 253. (In Ν 760 φοίτα ἀνὰ προμάχους διζήμενος εἴ που ἐφεύροι interrogatio liberiore modo est apposita ad διζήμενος, non est ab eo suspensa. Cf. Δ 88. Interest igitur inter usum Herodoteum et Homericum, ut imitatio statui nequeat. Praeterea e numero et ratione exemplorum dilucide apparet Nostrum hoc uerbo usum esse uolgari. Cf. Heraclit. ap. Plut. Mor. p. 1118 C. (Attici, praeter Aesch. Suppl. 784, nonnisi recentiores usurpant, Herodotum, nisi fallor, imitati, ut Luc. Astrol. 10. 15. Diog. Laert. IX 5.) Addo ἐπιδίζημαι, quod extat in I 95. V 106, apud Homerum non legi.

ἐγκυρέω, II 82 καὶ τάδε ἄλλα Αἰγυπτίοισίν ἐστιν ἐξευρημένα, μείς τε καὶ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτευ ἐστί, καὶ τῇ ἕκαστος ἡμέρῃ γενόμενος ὁτέοισιν ἐγκυρήσει καὶ ὅκως τελευτήσει καὶ ὁκοῖός τις ἔσται. III 77 ἐπείτε δὲ καὶ παρῆλθον ἐς τὴν αὐλήν, ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσιν εὐνούχοισιν. IV 125 ἐλαύνων δὴ τὴν ταχίστην τὸν στρατὸν ὡς ἐς τὴν Σκυθικὴν ἀπίκετο, ἐνεκύρησεν ἀμφοτέρῃσι τῇσι μοίρῃσι τῶν Σκυθέων, ἐντυχὼν δὲ ἐδίωκεν ὑπεκφέροντας ἡμέρης ὁδῷ. Cf. VII 218. Cum genetiuo ἀλογίης VII 208 (similiter τῆς γεφύρης ἐντυχόντες IV 140, ubi uide interprett.). In Iliade semel legitur ἐνέκυρσε

φάλαγξιν *N* 145. Uerbum igitur est recentius. Cf. Hes. Opp. 214. Archil. 46. (Pind. Pyth. I 100. IV 282). Inuenitur etiam apud Hippocratem. Contra ab Atthide alienum fere est, nisi quod semel id posuit Soph. in El. 863 et paullo saepius. usurpauerunt recentiores, ut Polyb. VII 12, 11. Dion. Hal. Antt. III 59.

Hoc mihi loco liceat disputare de participio

* *εἰδόμενος*. VI 69 *νυκτὶ τρίτῃ ἀπὸ τῆς πρώτης ἦλθέ μοι φάσμα εἰδόμενον Ἀριστῶνι* (loquitur mater Demarati). VII 56 *ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ καὶ οὔνομα ἀντὶ Διὸς Ξέρξεα θέμενος ἀνάστατον τὴν Ἑλλάδα ἐθέλεις ποιῆσαι* (uerba hominis Hellespontii). Formam epicam appellat Steinius. Cf. *B* 280. *Γ* 122. *β* 268 = 401. *χ* 206. *ω* 503, 548. *εἴσατο* = similis fuit *B* 791. *Υ* 81. *ε* 281. (*θ* 283 er gab sich das Ansehen zu gehen, *ἴμεν*, ut *ἐδόκει* ap. Lys. XIII 31). Praeterea uox inuenitur tantummodo apud Pindarum (Pyth. IV 37 [21]. Nem. X 28 [15]), Aeschylum (Ag. 739) recentioresque poetas. Atque cum duo illa exempla Herodotea in orationibus extent, concedendum fortasse scriptorem hoc uerbo de consilio usum esse poetico.

εἱλέομαι. II 56 *τῶν δ' ἐν ποσὶ μᾶλλον εἱλευμενέων τοῖσιν ἀνθρώποισι (διξαὶ γὰρ δή εἰσιν ἴβιες) ψιλὴ* (sc. *ἡ ἰδέῃ*) *τὴν κεφαλὴν κτλ'*. VIII 12 *οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφέροντο ἐς τὰς Ἀφέτας, καὶ περί τε τὰς πρώρας τῶν νεῶν εἱλέοντο καὶ ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων*. Usitatissima esse apud Homerum *εἴλειν* siue *εἱλέειν* = urguere, compescere, *εἱλέεσθαι* (*εἴλεσθαι*) = urgueri, compesci, se complicare id quidem inter omnes constat. Atque ex his notionibus facile explicari locum Herodoteum alterum apparet. Priore autem loco cum poneret auctor *εἱλεῖσθαι* = nostratium, sich herumtreiben, Latinorum uersari, nisi ex uolgari sermone id sumpsit, primus ipse ausus est adhibere talem dicendi rationem. Post eam ab aliis quoque uidemus esse usurpatam, ut a Luciano et a Maximo Tyrio (XXVIII 58). Sed omnino puto apud Iones certe adeo uerbum uolgare fuisse, ut coloris poetici nihil inde peti ullo modo possit. Cf. etiam Plat. Timae. p. 40 B. 76 B. Geop. I 11, 7. Plut. Lyc. 25. Crass. 25. Luc. Astrol. 29. Icarom. 19. Arrian. An. VI 9, 5.

ἐλαστρέω. II 158 εὖρος δὲ ὠρύχθη ὥστε τριήρεας δύο πλεῖν ὁμοῦ ἐλαστρευμένας. VII 142 ὀρύσσειν ἐκέλευε διώρυχα τῇ θαλάσσῃ εὖρος ὡς δύο τριήρεας πλεῖν ὁμοῦ ἐλαστρεομένας. Semel apud Homerum legitur, in Σ 543 ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον ἔνθα καὶ ἔνθα. Cf. Eur. Iph. T. 934, 971. (Theogn. 608. Lycophr. 450. Anthol. VI 219, 6). Dion. Hal. Antt. I 23. At Herodotum hanc uocem non posuisse poeticam, sed, ut aiunt, technicam („mit voller Länge der arbeitenden Riemen" Stein.) tam certum est quam quod est certissimum.

ἔλπομαι = arbitror, expecto (timeo). II 11 ἐγὼ μὲν γὰρ ἔλπομαί γε καὶ μυρίων ἐντὸς χωσθῆναι ἄν. 26 διεξιόντα δ' ἄν μιν διὰ πάσης Εὐρώπης ἔλπομαι ποιεῖν ἂν τὸν Ἴστρον τά περ νῦν ἐργάζεται τὸν Νεῖλον. 43 ὡς ἔλπομαί τε καὶ ἐμὴ (ἐμὲ?) γνώμῃ αἱρεῖ. Cf. 120. VI 109. VII 218, 237. IX 113. *Η* 199. *Θ* 196. *Ν* 8. *Ο* 110, 288. *Σ* 194. γ 375. ζ 297. ι 419 cett. Oraculum in I 65. Quod apud Homerum ἔλπομαι est etiam = spero (*Μ* 261. *Χ* 216), hac ui Herodotus semper ponit ἐλπίζω, id quod poeta plane non nouit, Noster uero usurpat omnibus notionibus quae apud Homerum sunt in ἔλπομαι (= arbitror, expecto, timeo, spero). In quibus haud dubie non suum arbitrium secutus est Herodotus, sed usum sermonis cotidiani.

Uerbum hic insero

* ἐνέφυν = ἡψάμην, ἐσχόμην (τινός). III 109 ἀπιεμένου αὐτοῦ τὴν γονὴν ἡ θήλεα ἅπτεται τῆς δειρῆς, καὶ ἐμφῦσα οὐκ ἀνίει πρὶν ἂν διαφάγῃ. Ad quae Steinius; „ἐμφῦσα homerisch, Od. α 381 ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες". Conferas etiam *Ζ* 253. (Aoristi formae et imperfecti in tmesi semper positae, contra ὡς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα *Α* 513.) Credo uero nunquam Herodotum uocem positurum fuisse l. l., si eius aetate ab usu communi tam plane quam putant fuisset aliena.

ἐπαμάομαι. VIII 24 τοὺς λοιποὺς τάφρους ὀρυξάμενος ἔθαψε, φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν καὶ γῆν ἐπαμησάμενος. Uno loco uerbum posuit etiam Homerus, ε 482 ἄφαρ δ' εὐνὴν ἐπαμήσατο χερσὶ φίλῃσιν. Haud sane saepe scriptum uidetur, neque tamen est tantummodo poeticum. Cf. Xen. Oec. 19, 11. Plut. Mor. p. 982 B. Polyaen. II 1, 13. Diog. Laert. VI 79 (ἐπαμάω id. ἐφαμάω Heliod. Aeth. II 20).

(?) * *ἐποράω*. VI 52 *ταύτην δὲ τεκεῖν δίδυμα, ἐπιδόντα δὲ τὸν Ἀριστόδημον τὰ τέκνα τελευτᾶν*. Steinius explicauit: *ἐπορᾶν* „erleben" neque incepte contulit *X* 61 *φθίσει κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα*. Sed miri in hoc nihil inest, quoniam etiam Latinorum uidere hac ratione saepius ponitur. Atque ea ui quae est conspicere uel inspicere (tueri, uisere) uerbum ut apud Homerum ita apud Nostrum satis usitatum est. Cf. I 10, 48, 110, 124. III 53. *Γ* 277. *η* 324. *λ* 109 = *μ* 323. *ν* 214. *π* 144. *ρ* 487. Quare imitatio haec nulla est. — Uerbum ipsum *ἐφορᾶν* etiam apud scriptores Atticos saepius legitur, ut in Thuc. III 104. IV 132. VI 67. Xen. An. III 1, 13 („erlebe"). VI 1, 14. VII 1, 30. 6, 31. Hell. II 4, 17. Cyr. V 3, 56. 59. 4, 18. VIII 7, 22. Vectig. 6, 1. Plat. Gorg. p. 473 C. (Legg. XII p. 947 C.) Arist. Pol. VI 8. Isocr. IV 96. Dem. III 34. XXV 11.

ἐρεθίζω. III 146 *ἐρεθίσας οὖν τοὺς Πέρσας ἤθελεν ὡς ἀσθενέστατα ποιῆσαι τὰ Σάμια πρήγματα καὶ οὕτω παραδιδόναι*. VI 40 *Σκύθαι γὰρ οἱ νομάδες ἐρεθισθέντες ὑπὸ βασιλέος Δαρείου συνετράφησαν καὶ ἤλασαν μέχρι τῆς Χερρονήσου ταύτης*. Cf. *Α* 32. *Ε* 419. *Ρ* 658. *Ω* 560. *ρ* 394 (*τ* 45). Uox uariis notionibus quae ab incitandi inflammandiue significatione deducuntur satis uolgaris est. Cf. Polyb. I 81, 6. Luc. Am. 22. Heliod. VIII 9.

ἐρύκω = prohibeo. IV 125 *Ἀγάθυρσοι μὲν προείπαντες ταῦτα ἐβοήθεον ἐπὶ τοὺς οὔρους, ἐρύκειν ἐν νόῳ ἔχοντες τοὺς ἐπιόντας*. V 15 *οἱ μὲν δὴ Παίονες ἦσαν ἕτοιμοι τὸν Μεγαβύζου στρατὸν ἐπιόντα ἐρύκειν*. IX 46 *ἐρυκόμενοι δὲ τοῦ Ἀσωποῦ οὕτω δὴ ἐπὶ τὴν κρήνην ἐφοίτων*. Cf. *Α* 352. *Ο* 297, 450. *Ρ* 292. *Σ* 126. *ε* 166. *ι* 302. *χ* 138. (Aliis locis ualet id quod cohibeo, sisto, retineo, distineo). Apud Nostrum quidem uerbum esse poeticum non concedo, sed conferas etiam Xen. An. III 1, 25. Arist. Hist. An. IX 37. Polyb. ap. Suid. Dion. Hal. Antt. VIII 85.

θοινάω. I 129 *εἴρετό μιν πρὸς τὸ ἑωυτοῦ δεῖπνον, τό μιν ἐκεῖνος σαρξὶ τοῦ παιδὸς ἐθοίνησεν*. Semel legitur in Odyssea, *δ* 36 *ἐς δ' αὐτοὺς προτέρω ἄγε θοινηθῆναι*. Uerbum ab Herodoto sumptum esse ex Homero uel propterea negamus, quia ille usurpat etiam *θοίνη* (cf. I 119. IV 82), id quod apud

poetam (nisi in Batr. 40) non legitur. Apud Atticos *θοινᾶν* haud dubie est poeticum (frequentissimum apud Euripidem), *θοίνη* (*θοῖνα*?) uocem Xenophon recentioresque scriptores usurpauerunt. Cf. Xen. Cyr. IV 2, 39. Plat. Soph. p. 251 B. Legg. I p. 649 A. Conuin. p. 174 C. Phaedr. p. 247 B.

ἰθύω. Apud Herodotum est 1) = recta uia eo, progredior. IV 122 *πρὸς γὰρ τὴν μίαν τῶν μοιρέων ἴθυσαν*. Cf. *Z* 2. *Λ* 552. *M* 443. *O* 693. *Π* 582. 2) = studeo, paro. I 204 *ὅκῃ γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι Κῦρος, ἀμήχανον ἦν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος διαφυγεῖν*. III 39 *ὅκου γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι, πάντα οἱ ἐχώρειν εὐτυχέως*. VII 8 *β*) *ὡρᾶτε μέν νυν καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν Δαρεῖον ἰθύοντα στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τούτους* (uerba Xerxis). Cf. *P* 353. *λ* 591 (*τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι*). *χ* 408. Quoniam Herodotus iuxta *ἰθύειν* nullum infinitiuum posuit nisi *στρατεύεσθαι*, suae aetatis usum potius quam exemplum Homericum secutus esse mihi uidetur. Attici uerbum (*εὐθύω*) non nouerunt.

μαραίνομαι = exaresco. II 24 *ταύτην οἰκὸς διψᾶν τε ὑδάτων μάλιστα καὶ τὰ ἐγχώρια ῥεύματα μαραίνεσθαι τῶν ποταμῶν*. In Iliade, *I* 212 et *Ψ* 228, uerbum est = extinguor: actiuum *μαραίνω* = extinguo legitur in hymn. Merc. 140. Quae notio haud dubie uerbi est primaria (cf. „aquam riuis extinguere“ ap. Liu.). Ceterum uidemus *μαραίνω* eo sensu qui est = extinguo, exsicco, effemino etiam ab auctoribus Atticis satis saepe usurpatum esse. Cf. Thuc. II 49. Plat. Polit. p. 270 E. Rep. X p. 609 D. Arist. de coelo III 6. Isocr. I 6. Dion. Hal. Antt. IV 79. Plut. Fab. 2. Marcell. 24. Pyrrh. 15. Nic. 13. Pomp. 14. 49. Mor. p. 610 B. 674 A. Luc. An. 25. Clem. Al. Protr. p. 43, 25.

Hic paucis disputandum erit de forma ab Hofero omissa.

* *μέμονα*. VI 84 *Σκύθας γὰρ τοὺς νομάδας, ἐπείτε σφι Δαρεῖον ἐμβαλεῖν ἐς τὴν χώρην, μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν τίσασθαι*. Ad quae Steinius „*μεμονέναι*, Homerisch; bei H. nur hier“. Cf. *E* 482. *M* 304. *N* 307. *Ξ* 88. *Π* 435. *Φ* 315, 481. *υ* 15 cett. Apud Atticos uerbum certe est poeticum (cf. Aesch. Sept. 669. Eur. Iph T. 655. Iph. A. 1495): Herodotus eo si minus poetico usus est, at tamen antiquo. Nec uero certo consilio id uidetur posuisse.

μετίημί τινος. IX 33 *Σπαρτιῆται πρῶτα μὲν ἀκούσαντες δεινὰ ἐποίευν τε καὶ μετίεσαν τῆς χρησμοσύνης τὸ παράπαν* (standen gänzlich von ihrem Begehren ab). Negari non potest solere Herodotum fere ponere accusatiuum iuxta *μετίημι*, sed ea semper ui quae est uerbi propria = mittere, dimittere, omittere, deponere: itaque *χρησμοσύνην μετιέναι* nescio an dici minus apte potuerit. Homerus sane admodum saepe uerbum coniungit cum genetiuo, ueluti *πολέμοιο* (*Δ* 240. *Ν* 97), *ἀλκῆς, μάχης, βίης* (*Φ* 177. *φ* 126), *χόλοιο* (*φ* 377, cf. *χόλον* *Α* 283. *α* 78), atque etiam infinitiuum (*Ν* 234) et participium (*Ω* 48) apponit: ut uim et syntaxin uerbum habeat plane eandem quam *παύομαι*. Atque e Nostri loco puto intellegi hunc usum Herodoti aetate nondum plane fuisse obsoletum: nam imitatio quam statuunt, ne ea quidem mihi probatur.

μηχανάομαι = molior, paro, struo. I 123 *λαγὸν μηχανησάμενος*[1]) *καὶ ἀνασχίσας τούτου τὴν γαστέρα καὶ οὐδὲν ἀποτίλας, ὡς δὲ εἶχεν, οὕτω ἐςέθηκε βυβλίον.* II 42 *τέλος δὲ ἐπείτε λιπαρεῖν τὸν Ἡρακλέα, τὸν Δία μηχανήσασθαι τάδε.* III 9 *ἐπεὶ ὦν τὴν πίστιν τοῖσιν ἀγγέλοισι τοῖσι παρὰ Καμβύσεω ἀπιγμένοισιν ἐποιήσατο ὁ Ἀράβιος, ἐμηχανᾶτο τοιάδε.* 15 *νῦν δὲ μηχανώμενος κακὰ ὁ Ψαμμήνιτος ἔλαβε τὸν μισθόν* (ad quae Steinius "*μηχανεόμενος κακά*, homerisch. Od. *ρ* 499 *ἐχθροὶ μὲν πάντες ἐπεὶ κακὰ μηχανόωνται*"). Cf. III 127. IV 201. V 63. VI 46 (*ἀπόστασιν*), 88, 121. VII 172 (*σωτηρίην*). 197 (*φόνον*, necem parare). VIII 7, 106. *Θ* 177. *Λ* 695. *δ* 822. *π* 134. *ρ* 499. *υ* 170. Uolgarissimo Herodotus hoc uocabulo usus est, neque quidquam in eo est poetici, siue *κακὰ* siue aliud inde suspensum est. Cf. Antiph. I 3. Thuc. IV 47. V 45. Xen. An. II 6, 27. IV 7, 10. Cyr. I 6, 10. 39. II 2, 12. 14. III 2, 15. VIII 8, 17. Mem. II 3, 9. 10. 6, 35. Hier. 11, 4. Plat. Apol. p. 39 A. Prot. p. 320 E. Tim. p. 37 E, 47 A, 71 C. Rep. V p. 460 C. Isocr. p. 208 D. Ath. V p. 207 B. Quod in *σ* 142 legitur *μηχανόωντας*, actiua

---

[1]) Leporem machinatus! Cum *μηχανᾶσθαι* possit ualere id quod arte doloue sibi parare (cf. Xen. Cyr. III 2, 15), suspicio mihi mouetur dicere Herodotum leporem ab Harpago laqueis (haec erit machina!) captum.

forma est perrarara (sed cf. Soph. Ai. 1037. Apoll. Rhod. III 583. (Maneth.) VI 401), saepius autem *μεμηχάνημαι* passiuo sensu positum est. Cf. V 90. Soph. Trach. 586. Xen. An. IV 7, 10. Cyr. VIII 3, 1. 8, 18. Plat. Legg. VII p. 803 C. Tim. p. 54 B. Isocr. III 6. Dem. XXII 35 cett.

πημαίνω. IX 13 *οὔτε ἐπήμαινεν οὔτε ἐσίνετο γῆν τὴν Ἀττικήν.* Cf. *Γ* 299. *Ο* 42. *Ω* 781. *θ* 563. *ξ* 255. Rarius est uerbum et antiquum, poeticum non est. Cf. Plat. Rep. II p. 364 C. Legg. IX p. 862 A. XI p. 932 E. 933 E. Arist. Probl. XXXI 5 p. 957 B 24, cf. 28 Bekk. Potest etiam quadam solemni formula usus esse Herodotus. Cf. *ἐπὶ πημονῇ* in literis pactionum ap. Thuc. V 18. 47.

σκίδναμαι. VIII 23 *ἅμα ἡλίῳ σκιδναμένῳ πᾶσα ἡ στρατιὴ ἐπέπλει ἀλὴς ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον.* Apte comparantur loci quales sunt *Η* 451 *ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς*, *Θ* 1 (= *Ω* 695) *Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν*, *Ψ* 227 *κροκόπεπλος ὑπεὶρ ἅλα κίδναται ἠώς*, Aeschyl. Pers. 500 sq. *πρὶν σκεδασθῆναι θεοῦ ἀκτῖνας.* Sed in his nihil miri inest, quoniam e primaria ui uerbi *σκίδνασθαι* quae est sich zerstreuen facile deducitur ea quae est sich ausbreiten. Admirabile autem quod Herodotus posuit solem, ubi debuisse lucem (Sonnenschein cf. orta luce) ponere uidetur. Quamquam scio hanc dicendi rationem nec a nostro usu nec a Graeco abhorrere. Cf. Thuc. VII 87. Arist. Hist. An. VIII 7. Theophr. de sign. I 22. Plut. Alex. 14. Luc. Nau. 35. Hermot. 25. Ael. Hist. An. XVI 17. Puto autem Herodotum non ausurum fuisse conformare talem orationem, nisi aut *σκίδναται ἠώς* etiamtum apud Iones uolgare fuisset aut ipsum illud *ἥλιος σκίδναται* posuissent in sermone cotidiano. Uerbum enim *σκίδνασθαι* sine dubio fuit uolgare. Cf. Hippocr. p. 305, 36. 306, 3. 408, 44. 454, 25. 54. 558, 21.

* *σκοπιὴν ἔχω.* V 13 *παρῆσαν οἱ ἀδελφεοὶ αὐτῆς οὔ κῃ πρόσω σκοπιὴν ἔχοντες τούτων.* Steinii sunt: „*σκοπιὴν ἔχοντες* „der Warte pflegend", „belauernd", *φυλάσσοντες*, nach Od. *θ* 302 *ἠέλιος γάρ οἱ σκοπιὴν ἔχε.*" *Σκοπιὴ* eo sensu qui est = speculatio admodum rarum sane uocabulum (cf. tamen

Xen. Hipparch. 4, 10): nec uero mihi persuasum est Herodotum imitatandum sibi proposuisse locum Homericum: genetiuus certe apud poetam non est appositus.

σπέρχομαι = irascor (ereifere mich). I 32 *Κροῖσος δὲ σπερχθεὶς εἶπεν.* V 33 *πυθόμενος δὲ κάρτα δεινὸν ἐποιήσατο ὁ Μεγαβάτης καὶ ἐσπέρχετο τῷ Ἀρισταγόρῃ.* Contulit Hoferus *Ω* 248 *(οἱ δ' ἴσαν ἔξω) σπερχομένοιο γέροντος*: sed primum etiam hic uerbo potest inesse uis primaria quae est = *ἐπείγεσθαι*, tum, si illam interpretationem accipere malis, quae etiam Alexandrinis uidetur esse probata (cf. Apoll. Rhod. III 516. Call. Del. 60. 158), e loco recentissimo Homericus minus quam recentior usus fuisse perspicitur. Herodotea demum aetate una succensendi notio in uerbo restabat: quare etiam cum datiuo (causae) coniunctum est.

τέθηπα. II 156 *αὐτὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσαν οὔτε κινηθεῖσαν εἶδον, τέθηπα* (an *τεθήπεα*?) *δὲ ἀκούων εἰ νῆσος ἀληθέως ἐστὶ πλωτή.* Cf. *Δ* 243. *Φ* 29. 64. *ζ* 166. *ψ* 105. Miror ego, si Herodotus hoc loco posuit formam poeticam: si tamen posuit, certum quoddam consilium eum secutum esse nego. Animaduertendum uero numquam apud Homerum *τέθηπα* ut apud Nostrum cum enuntiatione hypothetica coniungi e similitudine uerbi *θαυμάζω.* Quod uox legitur etiam apud recentiores scriptores, ut in Aelian. Hist. An. X 48. Plut. Mor. p. 24 E. Luc. Tim. 28. Pisc. 74. Nigr. 35, id nullius momenti esse concedo.

τίνυμαι. V 77 *ἐνθαῦτα Ἀθηναῖοι τίνυσθαι βουλόμενοι πρῶτα στρατηίην ποιεῦνται ἐπὶ Χαλκιδέας.* Cf. *Γ* 279. *Τ* 260. *ν* 214. *ω* 326. Uox sane nonnisi apud recentissimos scriptores legitur, ut Plut. Crass. 21. Appian. Samn. 12, 1. Sed Herodoti aetate in Iade potest fuisse usitatior. Nam Noster posuit etiam *ἀποτίνυμαι*, in VI 65. 101. Cf. *Π* 398. *β* 73: alia exempla non noui.

Hic breuiter disputandum de uerbo

(?) * *τρέω.* VII 231 *οὔτε οἱ πῦρ οὐδεὶς ἔναυε Σπαρτιητέων οὔτε διελέγετο, ὄνειδός τε εἶχεν ὁ τρέσας Ἀριστόδημος καλεόμενος.* Ad quem locum Steinius haec: „*τρέσας*, nach homerischem Gebrauche = *φυγών*, „Ausreisser“. So hiessen in Sparta

überhaupt οἱ ἐν τῇ μάχῃ καταδειλιάσαντες (Plut. Ages. 30), wohl nach dem Verse des Tyrtaeos Fr. X 14 τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή." Quod de origine usus Lacedaemoniorum nimis docte suspicatus est uir doctus, mittamus licet: sed cur Homericam potius quam hanc ipsam Spartiatarum dicendi rationem secutum esse Nostrum dicat (si modo dicit), non intellego.

τρίζω. III 110 αὐλίζεταί κου θηρία πτερωτά, τῇσι νυκτερίσι προσείκελα μάλιστα, καὶ τέτριγε δεινόν. IV 183 τετρίγασι κατά περ αἱ νυκτερίδες. Comparauit etiam Steinius cum loco priore ω 6 sq. νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο τρίζουσαι ποτέονται, nec uero uerbum esse poeticum ausus est affirmare. Legitur etiam in Β 314. Ψ 101. 714. ω 9. Cf. Arist. Hist. An. II 12. IV 9 cett. Credo, non est poeticum uerbum, sed onomatopoeticum.

τρυγάω. IV 199 τὰ παραθαλάσσια τῶν καρπῶν ὀργᾷ ἀμᾶσθαί τε καὶ τρυγᾶσθαι. Cf. Σ 566. η 124. Uerbum apud poetas (maxime Anthologiae) et apud recentiores scriptores usitatius: nec tamen a ueterioribus auctoribus plane alienum. Cf. Xen. Oec. 19, 19. Plat. Theag. p. 124 A. Legg. VIII p. 844 D. Diod. III 62. Dioscorid. I 149. V 29. Geop. XV 5, 1.

Hic pauca inseram de aoristo

* ὑπεῖσα. III 126 κτείνει μιν ὀπίσω κομιζόμενον ἄνδρας οἱ ὑπείσας κατ' ὁδόν. VI 103 κτείνουσι δὲ οὗτοί μιν κατὰ τὸ πρυτανήιον ὑπείσαντες ἄνδρας. Contulit Steinius Ζ 189 εἷσε λόχον (cf. δ 531, similiter Δ 392 πυκινὸν λόχον εἷσαν ἄγοντες), quod tamen adeo diuersi est generis, ut imitatio nullo modo possit statui. Atque ipsum hoc uerb. comp. esse Ionicum uel inde apparet, quod Homerus ille quidem posuit εἷσα, ἐφεῖσα, nusquam usurpauit ὑφεῖσα.

ὕω = pluuio rigo. II 13 ὕεται πᾶσα ἡ χώρη τῶν Ἑλλήνων, mox εἰ μὴ ἐθελήσει σφιν ὕειν ὁ θεός. 14 ὕσεταί σφιν ἡ χώρη. 22 ἐπὶ δὲ χιόνι πεσούσῃ πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶν ὗσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσιν, ὥστε εἰ ἐχιόνιζεν, ὕετο ἂν ταῦτα τὰ χωρία. Cf. 25. III 10. 117. IV 28. 50. 151. 198. Apud Homerum bis legitur Ζεὺς ὗε, Zeus sandte Regen, Μ 25. ξ 457, semel passiuum, ζ 131 λεὼν ὑόμενος καὶ ἀήμενος (βρεχόμενος καὶ ὑπὸ

ἀνέμου καταπνεόμενος Schol.). Personalem usum uerbi apud Graecos esse uolgarem constat, transitiue *ὕω* ab Ionibus et a poetis maxime, sed etiam ab aliis scriptoribus nonnusquam positum. Cf. Theophr. Hist. Plant. VIII 6, 6. 11, 4. Strab. XIV p. 655 A. Philon. v. Mos. 1. Plut. Rom. 24. Mor. p. 195 C. 912 A. Arrian. An. VII 5, 5. Aristid. t. I p. 309. II p. 339 init. p. 362. Herodotus certe in hac re nec Homerum nec ullum poetam est imitatus. Ceterum simili ratione ponitur *νίφω*. IV 31 *τὰ κατύπερθε ταύτης τῆς χώρης ἀεὶ νίφεται*. Cf. Xen. Hell. II 4, 3 cett.

φαίνω = (nudatum) ostendo (cf. blecke), de partibus corporis. II 71 *τετράπουν ἐστί, δίχηλον· ὁπλαὶ βοός· σιμόν, λοφιὴν ἔχον ἵππου, χαυλιόδοντας φαῖνον κτέ.* 85 *ἀνὰ τὴν πόλιν στωφώμεναι τύπτονται ἐπεζωσμέναι καὶ φαίνουσαι τοὺς μαζούς.* 123 *τὸν αὐχένα δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν φαίνει κεχρυσωμένα παχεῖ κάρτα χρυσῷ.* Cf. III 24 *καὶ ἔχει πάντα φανερὰ ὁμοίως αὐτῷ τῷ νέκυϊ.* σ 67 *φαῖνε δὲ μηρούς.* 74 *ἐπιγουνίδα φαίνει.* Facilius hic mihi quidem usus uidetur e primaria notione uerbi *φαίνω* posse explicari quam necesse sit apud Herodotum statuamus imitationem Homericam. Neque quidquam poetici inesse in hoc usu ex ipsis locis Herodoteis puto posse perspici. Quamquam apud ceteros auctores pedestris sermonis quae extent nulla noui exempla.

χηρόω. VI 83 *Ἄργος δὲ ἀνδρῶν ἐχηρώθη οὕτω ὥστε οἱ δοῦλοι αὐτῶν ἔσχον πάντα τὰ πρήγματα.* Ad quae Steinii est adnotatio: „*ἐχηρώθη ἀνδρῶν*, ciuibus uiduata est (Verg. Aen. VIII 871). Il ε 642 *Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.* Solon Fr. 374 *πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἥδ' ἐχηρώθη πόλις.* Proprio sensu *χηρόω* legitur in P 36. Alibi uerbum neque apud Homerum neque apud Herodotum extat. Primitus uocis usus metaphoricus haud dubitarim quin fuerit poeticus: num uero etiam Herodoti aetate talis fuerit, potest fortasse ambigi, quoniam loco l. nihil praeterea sublimitatis aut stili poetici reperio.

ψεύδομαι. VI 32 *ἐνθαῦτα Περσέων οἱ στρατηγοὶ οὐκ ἐψεύσαντο τὰς ἀπειλὰς τὰς ἐπηπείλησαν τοῖσιν Ἴωσι στρατοπεδευομένοισιν ἐναντία σφίσιν.* Steinii sunt: "*οὐκ ἐψεύσαντο* „liessen nicht unerfüllt", non fefellere. Il. η 351 *ὅρκια πιστὰ*

Γ κτίζω V 58: cf. Stein. in adnot., et h. l. p. 73, v. 6 a. f.

Ψευσάμενοι μαχόμεσθα. So sagte man *ψεύδεσθαι ὑπόσχεσιν, συνθήκην, ἐλπίδα* u. ä. Die ganze Wendung nach Hom. Od. *ν* 125 *οὐδ' ἐνοσίχθων λήθετ' ἀπειλάων τὰς ἀντιθέῳ Ὀδυσῆι πρῶτον ἐπηπείλησε.*" Primum contra Hoferum moneo in usu illo quidem uerbi *φεύδομαι* nihil inesse poetici, sed Graecis eum esse communem. Cf. Xen. Cyr. V 2, 10. VI 1, 11. Ages. 1, 12. Hell. III 4, 6. Aeschin. I 143 p. 20. II 46 p. 34. Plut. Arist. 5. Alex. 55. Artax. 28. Similiter Thuc. VI 17. Xen. An. I 3, 10. V 6, 35. Tum Steinio concedo admodum similem esse hunc locum ei quem ex Odyssea laudauit, ut Herodotus uideatur, cum haec scriberet, re uera recordatus esse duorum uersuum illorum atque ex hoc exemplo suam conformasse orationem. Nec uero puto id eum fecisse iccirco ut etiam lectorum in memoriam reuocaret locum Homericum: nam tum similiora sua poterat reddere uerba: neque ideo ut poetico quodam colore imbueret narrationem: nec enim inest quod adeo mirum sit et praeter communem usum dicendi elatum.

Absoluimus iam ea uerba quae Hoferus in libello suo congessit, ut Herodotum studiosissimum fuisse orationis Homericae imitandae ostenderet. Restare mihi uidebatur ut disputarem de

LOCUTIONIBUS *(περὶ φράσεων)*

iis quae apud Nostrum esse epicae affirmarentur. Sed quoniam de illis quae sunt *μηχανᾶσθαι κακὰ* et *σκοπιὴν ἔχειν* Hoferum secuti iam supra egimus duo sola supersunt exempla de quibus sententiam nostram exponamus.

ἀναπίμπλημι κακὰ κτλ' (erleide). V 4 *ὀλοφύρονται, ὅσα μιν δεῖ ἐπείτε ἐγένετο ἀναπλῆσαι κακά.* VI 12 (confabulantur Iones) *τίνα δαιμόνων παραβάντες τάδε ἀναπίμπλαμεν;* IX 87 (uerba Timagenidae) *νῦν ὦν ἡμέων εἵνεκα γῆ ἡ Βοιωτίη πλέω μὴ ἀναπλήσῃ.* Steinius ad V 4: „*ἀναπλῆσαι κακά*", inquit „Homerisch. Od. *ε* 207 *ὅσσα τοι αἶσα Κήδε' ἀναπλῆσαι πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.*" Conferas etiam *Ο* 132 *κακὰ πολλά, Θ* 33 *κακὸν οἶτον, ε* 302 *ἄλγεα.* Paullo alius rationis sunt *Δ* 170 *μοῖραν βιότοιο* et *Λ* 263 *πότμον ἀναπιμπλάναι*: quibus comparare licet Herodotum *μοῖραν ἐκπιμπλάναι* in III 142 et IV 164 extr. Sed puto haec omnia sumpta esse ex usu

Ionum uolgari [1]), quamquam concedo ea quae sunt in Plat. Epinom. p. 992 B *τὴν αὑτοῦ μοῖραν ἀναπλήσει* referenda esse fortasse ad imitationem Homericam.

θυμῷ βούλομαι. V 49 *ἔστι δὲ καὶ ἀγαθὰ τοῖσι τὴν ἤπειρον ἐκείνην νεμομένοισιν ὅσα οὐδὲ τοῖσιν συνάπασιν ἄλλοισιν, ἀπὸ χρυσοῦ ἀρξαμένοισιν, ἄργυρος καὶ χαλκὸς καὶ ἐσθὴς ποικίλη καὶ ὑποζύγιά τε καὶ ἀνδράποδα· τὰ θυμῷ βουλόμενοι αὐτοὶ ἂν ἔχοιτε.* Ex oratione sunt Aristagorae. Steinius haec adnotauit: „*θυμῷ βουλόμενοι*, nach dem Homerischen *ἤθελε θυμῷ*, „ihr dürft nur euer Begehren auf diese Dinge richten, so sind sie euer". Concedendum est singulare aliquid inesse in apposito datiuo *θυμῷ* et orationem inde colorem quendam nanctam esse si minus poeticum at rhetoricum. Illud uero demonstrari nequit Herodotum recordatum esse usus illius Homerici et imitandum eum sibi proposuisse.

His de particulis perpauca sunt addenda. Quod pertinet ad

CONIUNCTIONES,

de *αἲ γὰρ* nonnulla uidentur dicenda esse. Legitur in I 27 *αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτῃσιν ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισιν.* Uerba Croesi. Steinius: „Das epische *αἲ γὰρ* nur hier". Totam orationem insigni quodam pondere uerborum esse comparatam apparet. Nescio autem an Herodotus minus libere in his auctorem suum, Xanthum puto Lydium, sit secutus. Nam uerba illa quidem *Λυδῶν παῖδας*, „eine altertümliche", ut ait Steinius, „wahrscheinlich aus dem Oriente entlehnte Ausdrucksweise", fortasse ex ipso Lydorum dicendi usu (simili Hebraico) sunt, quem Xanthum accuratius quam Nostrum habuisse cognitum ueri simile uidetur. Conferas tamen III 21 *Αἰθιόπων παισὶ* (in oratione regis Aethiopum), V 49 *Ἰώνων παῖδας* (in oratione Aristagorae), (77 *Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων … παῖδες* in inscriptione Atheniensium).

[1]) Animaduersione dignum apud Homerum, ubi *ἀναπίμπλημι* est = (per-)fero, semper adiectam esse mali significationem: nam apud Herodotum ea iam non uidetur esse opus, sed sufficiunt quaedam uoces mediae (*τάδε, πλέω*).

Quod *αἲ γὰρ* hoc uno loco positum est, *εἴθε* apud Herodotum omnino non legitur, ut e numero nihil possit colligi. Nolo uero affirmare *αἲ γὰρ* uel *εἰ γὰρ* apud Iones Nostri temporibus fuisse uolgare.

Postremo loco de

PRAEPOSITIONIBUS

est agendum: sed ne hic quidem plus una forma possum commemorare.

ὑπέκ. III 116 *λέγεται δὲ ὑπὲκ τῶν γρυπῶν ἁρπάζειν* (sc. *τὸν χρυσὸν*) *Ἀριμάσπους ἄνδρας μουνοφθάλμους.* Steinius Homericam dicit particulam. Cf. *E* 854. *N* 89. *O* 628. *λ* 37. *μ* 107. (*γ* 175). Uerbum aptissime l. l. est positum ab Herodoto (= *ἀπὸ τῶν γρυπῶν ὑπαρπάζειν*): nego uero quidquam in eo esse poetici aut imitationem debere statui Homericam, licet saepius neque apud Nostrum legatur neque apud alium scriptorem. In compositis frequentissimum est apud Herodotum *ὑπεκ-*, quod tamen alius fere esse rationis concedo.

De uocabulis quae esse dicuntur apud Herodotum Homericis hactenus. Sunt praeterea nonnulla quae a Nostro putantur esse e poetàrum usu posita, quamquam Homerus iis aut omnino non utitur aut non plane pari ratione. Quae exempla eodem iam ordine atque priora considerabimus. Incipiam igitur a

NOMINIBUS.

Ἀμαζονίς. IX 27 *ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐςβαλούσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν.* Steinii: „*Ἀμαζονίδες*, poetische Nebenform zu *Ἀμαζόνες*. Sonst ist *Ἀμαζονίς* auch, wie *Αἰθιοπίς*, *Θηβαΐς*, *Θησηΐς*, *Ἰλιάς*, der Titel eines epischen Gedichtes." Rarior haec uidetur esse forma: sed cur poetica usus esse Herodotus sit putandus difficile est intellectu, quamquam uerba sunt in oratione Atheniensium.

ἄση. I 136 *τοῦδε δὲ εἵνεκα τοῦτο οὕτω ποιεῖται, ἵνα ἢν ἀποθάνῃ μηδεμίαν ἄσην τῷ πατρὶ προςβάλλῃ.* Ad quae Steinius monuit haec: „*ἄση* eig. „Uebelkeit", nausea, übertr. „Schmerz", aerumna. Das Wort ist poetisch. Sappho Fr. 1 *παῖ Διός,*

δολόπλοκε, λίσσομαί σε Μή μ' ἄσαισι μή τ' ἀνίαισι δάμνα, Πότνια, θυμόν." Cautiora et prudentiora ea sunt quae de uerbo *ἀσᾶσθαι* adnotauit ad III 41: „*ἀσηθείη* = *ἀλγήσειε* (c. 40. 43). *ἀσηθεὶς* = *λυπηθείς* Hesych. Das Verbum wie das Substantiv *ἄση* (zu I 136) ist bei Ionern und Dichtern gebräuchlich. Hippocrates de morbo sacro p. 309 *ἀνιᾶται καὶ ἀσᾶται.* Theogn. 657 *μηδὲν ἄγαν χαλεποῖσιν ἀσῶ φρένα μηδ' ἀγαθοῖσιν,* 989 *ὅταν δέ τι θυμὸν ἀσηθῇς."* Scriptor igitur Ionicus *ἄση* uoce usus est Ionica, non poetica. Hippocrates saepius etiam hoc nomen posuit, sed, ut opinor, sensu plerumque proprio, non metaphorico. Cf. Plat. Tim. p. 71 C.

διχοστασίη. V 75 *ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς διχοστασίης ἐτέθη νόμος ἐν Σπάρτῃ μὴ ἐξεῖναι ἕπεσθαι ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας ἐξιούσης στρατιῆς.* Steinius: „*διχοστασίης,* episches Wort. Vgl. IV 180 *δίχα διαστᾶσαι μάχονται.*" Ubi tamen *δίχα διαστᾶσαι* est proprie = duabus a partibus stantes. *Διχοστασίη* autem est l. l. discordia ea quae inter reges duos intercessit. Uox praeter Herodotum sane nonnisi apud poetas aut apud recentiores auctores (ut in Dion. Hal. Antt. VIII 72) inuenitur, sed tamen raram magis quam poeticam Herodotum eam puto usurpauisse. Certe orationem insigniter ornare ea non studuit.

εὐφρόνη. VII 12 *μετὰ δὲ εὐφρόνη τε ἐγίγνετο καὶ Ξέρξην ἔκνιζεν ἡ Ἀρταβάνου γνώμη.* 56 *διέβη δὲ ὁ στρατὸς αὐτοῦ ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι καὶ ἐν ἑπτὰ εὐφρόνῃσιν.* 188 *ταύτην μὲν εὐφρόνην οὕτω, ἅμα δὲ ὄρθρῳ κτλ'.* Cf. VIII 6, 12, 14. IX 37, 39. Uocem poeticam dicit Steinius: ac quin primitus fuerit poetica ne ego equidem dubito, sed apud Herodotum nihil iam habet coloris poetici. Iure miratus uocabulum modo in ultimis tribus libris legi olim putabam Nostrum id ex Atticorum sermone sumpsisse, utpote quod apud tragicos poetas satis usitatum fuisset (cf. Aesch. Ag. 324. Soph. El. 19 cett.), sed legitur etiam apud Hes. (Opp. 560), et quod grauissimum est, ab ipso Hippocrate haud raro usurpatur. Quis primus uerbo usus sit, diiudicare non possumus, nisi quod uidetur fuisse poeta qui floreret post Homerum et ante Hesiodi aetatem.

Ἰσσηδόνες ἄνδρες. I 201 *τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο καὶ μέγα λέγεται καὶ ἄλκιμον, οἰκημένον δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου*

ἀνατολάς, πέρην τοῦ Ἀράξεω ποταμοῦ ἀντίον δὲ Ἰσσηδόνων ἀνδρῶν. Ad quae illa Steinius monuit: „*Ἰσσηδόνες ἄνδρες*, ein poetischer Ausdruck; H. las ihn wahrscheinlich in den sogen. *Ἀριμάσπεα* des fabelhaften Aristeas, denen er seine Nachrichten über die Issedonen entlehnt hat (IV 13—16)". Quod non multis puto probatum iri. Sed uidetur hoc e uetustiore dicendi ratione dictum esse, quoniam nomina populorum, politica, demotica olim adiectiuorum uim uidentur habuisse. Atque hoc quidem loco sine ullo consilio Herodotus eam locutionem est amplexus: contra in IX 17 *ἀλλὰ μαθέτω τις αὐτῶν ὅτι ἐόντες βάρβαροι ἐπ' Ἕλλησιν ἀνδράσι φόνον ἔρραψαν* extollere haud dubie uoluit orationem. Huc pertinent etiam *ἄνδρες Ἴωνες, ἄνδρες Ἀθηναῖοι*, similia quae in orationibus, praecipue in initiis, sunt uolgaria.

οἶστρος. II 93 *ἐπεάν σφεας ἐσίῃ οἶστρος κυΐσκεσθαι, ἀγεληδὸν ἐκπλώουσιν ἐς θάλασσαν.* Steinius: „*οἶστρος* poetisch für *ἐπιθυμίη*". Cf. Soph. Trach. 1244. Ant. 989. Eur. Hipp. 1300. Or. 789. Anacr. XXXI 28. LX 15, sed etiam Plat. Phaedr. p. 240 D. Rep. IX p. 577 E. Herodotus quidem quo consilio posuisse uerbum poeticum sit putandus, perspicere nequeo.[1]) Immo quaedam naturalis res sua uoce ab eo uidetur significari.

Iam uero de

ADIECTIUIS

nonnullis quaestio instituenda est.

ἄτρυτος. IX 52 *ταῦτα βουλευσάμενος κείνην μὲν τὴν ἡμέρην πᾶσαν προςκειμένης τῆς ἵππου εἶχον πόνον ἄτρυτον.* Id quoque uocabulum poeticum esse affirmat Steinius, collatis uerbis quae sunt in Pind. Pyth. IV 178 *πέμπε Ἑρμᾶς — υἱοὺς ἐπ' ἄτρυτον πόνον.* Uocem rariorem uidetur posuisse Herodotus, quo maius esset pondus orationis, non ut eam poetico ornamento instrueret. Uerum tamen est uerbum fere legi nonnisi apud

---

[1]) Primitus uox idem fere ualet quod nostrum Reiz, Kitzel. Talia non sunt poetica neque tamen a poetarum oratione omnino abhorrent. Sunt quoque eiusmodi quae in sermone urbano uitentur, in uersibus autem minime offendant legentes. Cf. „es jückt mich".

poetas aut apud recentiores rerum scriptores (cf. Plut. Pomp. 26. Caes. 17. Cato. min. 5): nisi quod etiam Aristoteles alicubi scripsit *δύναμις ἄτρυτος*. Contra in Arist. Eth. X 17 longe alius est notionis.

φερέοικος. IV 46 *τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες πάντες ἔωσιν ἱπποτοξόται ζῶντες μὴ ἀπ' ἀρότου, ἀλλὰ ἀπὸ κτηνέων, οἰκήματά τε σφιν ᾖ ἐπὶ ζευγέων, κῶς κτλ'*. Non plane mihi probatur Steinii adnotatio qui hoc dicit: „*φερέοικοι*, episches Wort; bei Hesiodus *ἔργ*. 571 Bezeichnung der Schnecke. Die Erklärung folgt gleich (*οἰκήματα — ζευγέων*)“: nam uerbum esse rarius concedo (nec miror!) poeticum id esse ex uno loco Hesiodeo non potest colligi. Sed etiam si esset poeticum, apparet Herodotum id non posuisse ornandae orationis causa, sed quia aliud eiusdem notionis non habebat. Similis fortasse est ratio uerbi *ἱπποτοξότης*. Cf. Ar. An. 1179, sed etiam Lys. XV 6. Thuc. II 96.

φρενήρης. III 25 *οἷα δὲ ἐμμανής τε ἐὼν καὶ οὐ φρενήρης*. 30 *ἐμάνη, ἐὼν οὐδὲ πρότερον φρενήρης*. 35 *δρῶντα ἄνδρα οὐ φρενήρεα καὶ περὶ ἑωυτοῦ δειμαίνοντα εἰπεῖν*. Cf. V 42. IX 55. Semper Herodotus adiectiuum ponit cum negatione coniunctum: in quo haud dubie secutus est usum uolgaris suorum sermonis. Nec enim mihi persuaderi potuit uocabulum esse poeticum, quamquam legitur praeter Nostrum modo apud Euripidem (Heracl. 150. El. 1053) scriptoresque recentiores (Plut. Mor. p. 323 C. Luc. Calumn. 3. Sext. Emp. 218, 20). Conferas etiam adiectiuum *φρενοβλαβής* quod scriptum est in II 120 nec id Steinius ille ipse ausus est dicere poeticum. (Cf. Hippocr. 20, 1 p. 23).

Porro de

UERBIS

paucis pauca admonenda.

ἀναβλαστάνω. III 62 *εἰ δ' ἔστι ὥσπερ πρὸ τοῦ, οὐ μή τί τοι ἔκ γε ἐκείνου νεώτερον ἀναβλάστῃ*. Uerba sunt Prexaspis. V 92 *ἔδει δὲ ἐκ τοῦ Ἠετίωνος γόνου Κορίνθῳ κακὰ ἀναβλαστεῖν*. Metaphorica sane haec est dicendi ratio, sed nego eam esse mere poeticam: sic nos quoque uel in pedestri sermone ponimus

„erspriessen“ uel „erwachsen“. Paullo aliter, sed ibi quoque tropice, uerbum est usurpatum in VII 156 *ὁ δὲ τὰς Συρηκούσας ἐκράτυνεν καὶ ἦσάν οἱ πάντα αἱ Συρήκουσαι· αἱ δὲ παραυτίκα ἀνά τ' ἔδραμον καὶ ἔβλαστον* (Syrakus kam alsbald schnell empor und blühte auf). In quibus Steinius quidem dicit uerba *ἀνά τ' ἔδραμον — ἔβλαστον* posita esse „anscheinend nach einem epischen Verse (*ἄνα τ' ἔδραμον ἠδ' ἀνέβλαστον*), sed, ut uidetur, non optimo iure. Equidem puto in usu uerbi *ἀναβλαστάνω* metaphorico neminem Herodotum imitatum esse poetam neque quidquam affectasse quod a communi suae aetatis loquendi ratione abhorreret: sed Nostrum fortasse imitatus est Plutarchus (amator. 23). Tropice uero etiam *ἀναδραμεῖν* usurpatur, siue de surculis (VIII 55) dictum est siue de uiris populisue. Cf. I 66, sed etiam σ 56.

γνωσιμαχέω = *μετανοέω*, *ὁμολογέω*. III 25 *εἰ μέν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχει καὶ ἀπῆγεν ὀπίσω τὸν στρατόν, ἐπὶ τῇ ἀρχῆθεν γενομένῃ ἁμαρτάδι ἦν ἂν ἀνὴρ σοφός.* VII 130 *τοῦτ' ἄρα πρὸ πολλοῦ ἐφυλάξαντο γνωσιμαχέοντες καὶ τἆλλα καὶ ὅτι χώρην ἄρα εἶχον εὐαίρετόν τε καὶ ταχυάλωτον.* Uerba sunt Xerxis. VIII 29 *ὦ Φωκεῖς, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχεῖτε μὴ εἶναι ὅμοιοι ἡμῖν;* Nuntius Thessalorum. Steinius ad III 25: „Das daktylische Mass des seltenen Wortes scheint auf epische Herkunft zu deuten“. Cf. Ar. Au. 555. Eur. Heracl. 706. Isocr. Phil. c. 3 § 7. Saepius uocabulum usurpatur a Pausania, Philone, Iosepho. Alia notione est apud Dion. Hal. Antt. IX 1. Omnino in Graecitate recentiore uox uidetur fuisse usitatatior. Cf. Schol. B. Ω 31. Unde eam sumpserit Herodotus ignoramus: quare nolo diiudicare utrum ea usus sit poetica necne.

διέφυν. I 61 *μετὰ δέ, οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν, χρόνος διέφυ καὶ πάντα σφιν ἐξήρτυτο ἐς τὴν κάταδον.* Quod Steinius dicit: „*διέφυ*, ungewöhnlicher, wahrscheinlich poetischer Ausdruck für *διῆλθε* oder *διεγένετο*,“ omnino *φῦναι* eiusque composita usitatiora olim fuisse pro *γίγνεσθαι* (uel *εἶναι*) eiusque compositis uel ex Homero apparet. Antiqui igitur usus hoc puto esse exemplum: nam quid secutus poeticam h. l. ponere potuerit uocem Herodotus, fateor me plane non intellegere. Itaque similis est ratio huius uerbi ei quae fuit uerbi *ἐνέφυν* (p. 56).

ἐξημερόω. I 126 *τοῦτόν σφι τὸν χῶρον προεῖπεν ἐξημερῶσαι ἐν ἡμέρῃ.* Steinius: „*ἐξημερῶσαι* „urbar machen", poetisch". Uerbum de terra alibi nisi ap. Plutarchum (Tim. 35) sane positum non uidetur (nam Eur. Herc. f. 20. 852 alius sunt generis), de plantis uero et de bestiis satis usitatum est. Cf. Theophr. Geopon. Plut. Nec tamen miri quidquam inest in usu Herodoteo: et uidemus uerbum simplex *ἡμερόω* etiam de terra usurpari uel a Theophrasto. Cauendum igitur ne temere Steinio assentiamur.

ἐπέπω. VII 8 *α*) *ἀλλὰ θεός τε οὕτω ἄγει καὶ αὐτοῖσιν ἡμῖν πολλὰ ἐπέπουσι συμφέρεται ἐπὶ τὸ ἄμεινον.* Uerba sunt Xerxis. Steinius in commentario: „*ἐπέπειν*, obire, administrare, poetisch. Aesch. Pers. 552 klagt der Chor *Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως.*" Uerbum hac ratione iam inde ab Homeri aetate usurpatum esse constat. Cf. *μ* 330. *ξ* 195. Sed apud scriptores ceteros exemplum non extat. Nec tamen mirum est, quod Herodotus in oratione uocem posuit rariorem: nam quin poeticum esse uerbum certo affirmemus, nescio an impedimento sint uel ea quae de uerbo *διέπω* supra (p. 53) exposuimus.

Denique

LOCUTIONES

duae uerbo sunt commemorandae.

καλέομαί τινος. VI 88 *ἦν γὰρ Νικόδρομος Κνοίθου καλεόμενος ἐν τῇ Αἰγίνῃ ἀνὴρ δόκιμος.* Steinius: „*Κνοίθου καλεόμενος* „Sohn des Knöthos" mehr poetisch. Pind. Pyth. III 67 *Λατοΐδα κεκλημένον* „Apollons Sohn", Theokr. XXIV 101 *Ἡρακλέης — Ἀργείου κεκλημένος Ἀμφιτρύωνος.* Eur. Rhes. 279 *πατρός δὲ Στρυμόνος κικλήσκεται.* Bei H. vgl. VII 143 *τῷ οὔνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλέης, παῖς δὲ Νεοκλέος ἐκαλεῖτο.* Thuk. VIII 6 *Ἔνδιος γὰρ Ἀλκιβιάδου ἐκαλεῖτο.*" Licet primitus fuerit locutio poetica, Nostri aetate nihil iam in ea puto fuisse singulare. Nam praecipue alter locus Herodoteus sine ulla uerborum grauitate est conformatus: immo, quae Nostri erat aduersus Themistoclem malignitas, contemptione quadam et neglectione uerba existimamus esse comparata. Ac ne illud quidem obliuiscendum adeo ueteres uel in publicis tabulis no-

mini adicere consueuisse patris significationem, ut haec quasi quaedam altera pars nominis fuisse uideatur.

πῦρ αἴθω. IV 145 *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκηκοότες τὸν λόγον τῆς γενεῆς τῶν Μινυῶν, πέμψαντες τὸ δεύτερον εἰρώτων τί ἐθέλοντες ἥκοιέν τε ἐς τὴν χώρην καὶ πῦρ αἴθοιεν.* Ad quae Steinius: „*πῦρ αἴθοιεν*, poetisch. Aesch. Ag. 1379 [1389] *ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς Αἴγισθος.* Sonst *πῦρ ἀνακαίειν* (8) oder *καίειν.*" Quoniam *πῦρ καίειν* („Feuer brennen") esse poeticum nemo contendet, ne eius quidem locutionis quae est *πῦρ αἴθω* aliam esse rationem concedendum erit, nisi demonstratum erit uerbum *αἴθω* esse mere poeticum. Sane quidem etiam hac transitiua notione („brennen lassen") frequentissimum est apud poetas (cf. Aesch. Choe. 591 (?). Soph. Phil. 1022. Eur. Rhes. 95 (cf. *πυραίθειν* (?) 41. 78. 823). Theocr. II 24. 134. Syr. 4 (Anthol. XV 21). Rhian. Anthol. XII 93, 9 cett.): sed uno loco idem legitur apud Xenophontem, An. IV 7, 20: *καὶ ἡγούμενος ἐπεὶ ἐνέβαλεν εἰς τὴν ἑαυτοῖς πολεμίαν παρεκελεύετο αἴθειν καὶ φθείρειν τὴν χώραν.* Neque illud praetereundum est passiuum *αἴθεσθαι* = „brennen" intransitiue, apud eundem scriptum uideri Xenophontem, uelut in An. VI 3 (1), 19 *πᾶσα ἡ χώρη αἴθεσθαι ἐδόκει.* Cyr. V 1, 15 (16) *τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους καίει, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄποθεν θεωμένους ὑφάπτουσιν, ὥστε αἴθεσθαι τῷ ἔρωτι.* Quare nescio an Herodotus ipse cum scriberet *πῦρ αἴθοιεν* sibi uisus non sit locutionem ponere poeticam.

Ad finem perduximus disputationem de uocabulis et locutionibus quae apud Herodotum dicuntur esse poetica siue Homerica. Ac pleraque longe esse omnino neque Homerica neque poetica tantum uidimus, de nonnullis posse dubitari concessimus (ueluti de *ἀϊδρείη, δηλήμων, ἔργα, θαλίαι, κακότης, μῆχος, μνῆστις, μόρος, νεῖκος, πόνος, ἀλλόθροος, ἀρίδηλος, ἑτεραλκής, θυμαλγής, καταθύμιος, (ἀποθύμιος), μιαίφονος, διζυρός, οὐρανομήκης, ἀμβολάδην, ἀιστόω, μέμονα, τέθηπα, χηρόω, αἲ γάρ, γνωσιμαχέω*), pauca quaedam esse re uera poetica negari non potuit (cf. *δούλιον ζυγόν, λυγρός, πέρι, ἀγοράομαι, εἰδόμενος*). Sed haec plerumque in orationibus inueniebantur, in quibus interdum suspicari licebat Herodotum alios secutum esse auctores, ut in rebus Lydiacis, ubi nescimus an Xanthi Lydii *λόγους*

ad uerbum nonnusquam exarauerit. Alia rhetorico magis consilio ad augendum pondus uerborum posuisse uidetur quam ut lectores delectaret quadam poetica orationis dulcedine. In ipsa autem narratione aut descriptione rerum nonnisi casu ei uidentur elapsa esse uocabula poetica et inueniuntur perraro: sed hi sunt loci de quibus grauissima mihi semper erit dubitatio.

Fortasse non omnia quae afferi poterant tractauimus uocabula, sed fieri potuit ut omitteremus nonnulla quae alia aliis uiris doctis uisa essent poetica. Atque ipsi mihi occurrerunt pauca quae equidem ego nolui dicere epica, sed miratus sum quod Steinius ea non notauit siue Hoferus ueluti *δέννος* (IX 107), *Δήμητρος καρπός* (I 193, IV 198, cf. *Δημήτερος ἀκτὴ* *N* 322. *Φ* 76, *καρπὸν Δηοῦς* Ar. Plut. 515, sed etiam *Δήμητρος καρποῦ* (Xen. Hell. VI 3, 6), *κάματος* (IX 89), *κυματώγη* (IV 196, IX 100), *μῆνις* (VII 134, 137, 229), *ὅμιλος* (III 127, IX 59), *ὄπις* (VIII 143, IX 76), *παλάμη* (VIII 19), *πόρος τῆς ναυμαχίης* (VIII 76, contulit tamen Steinius Homericum *γέφυραι πολέμοιο*), *χειρῶν νόμος* (VIII 89. IX 48), *ὤρη* (I 4. III 155. IX 8, cf. Hes. Opp. 30. Soph. O. C. 368. Theocr. IX 20); *ἀγαυρός* (VII 57), *ἀμήνιτος* (IX 89), *αὐτοκελής* (IX 4), *βαρυσύμφορος* (I 45), *μόρσιμος* (III 154), *παιδοφόνος* (*συμφορὴ* VII 190); *αἰχμάλωτος δουλοσύνη* (IX 76), *ὦ δαιμόνιε* (VIII 84), *ψεύδεσιν εἴκελα* (VIII 8), *γήραϊ μέγα ὄλβιος* (VI 11); *ἀφύκτως* (IX 115), *χαμᾶθεν* (II 125. IV 172); *ἀλυκτάζειν* (IX 70), *ἀναπτεροῦν* (II 115), *ἄνεσθαι* (I 189. VII 20. VIII 71), *ἀποστυγεῖν* (II 47. VI 129), *αὐδάζεσθαι* (II 55, 57. V 51), *καταποντοῦν* (I 165. III 30), *κεραΐζειν* (I 88, 159. II 115, 121. VII 125. VIII 86, 91), *ὀξυνθεὶς* (VIII 138), *μηνίειν* (VII 229, IX 7), *παλεῖν* (*παλαίειν*? VIII 21), *συμμιγνύναι* = communicare (VIII 58, cf. Stein.), *φατίζειν* (V 58); *ἀλγεῖν τὴν ψυχήν* (III 40, 43, cf. *ἀσᾶσθαι τὴν ψυχὴν* 41), *νεῖκος συνῆπτο* (VIII 158, in uerbis Gelonis, *Φ* 512 *ἔρις καὶ νεῖκος ἐφῆπται*): sed neque de his disputare diligentius curo neque, si quae alia neglexi, uehementer ego doleo: quamuis enim multa afferri possint, nullis ego puto exemplis id posse dilui quod quaestione nostra spero nos assecutos esse.





